




VII
BOSSI
DISPUTATIONES
EC.
78
K6
1495









DE INSTITVENDO SAPI ENTIA ANIMO.



MATTHAEVS BOSSVS VERONENSIS CANONICVS REGVLARIS SVO IN DOMINO PATRI ET CONCANONICO MERITO PERCOLENDO SEVERINO CALCHO SALVTEM.



Ecum mi Seuerine ſæpe percogitans quid in hominum uita: quæ tam uaria quidem agitur actaq; eſt ſemper: q̃ uarius / ac immenſus eorum extitit numerus: ad beate / iucundeq; uiuēdum inueniretur aptiſſimū: et in quo tam in proſperis: q̃ in aduerſis plus nobis afferretur præſidii / atq; ſolatii: et ſi multa a Maioribus noſtris inuēta ſunt / ac diſputata ſubtiliter: ſi non forte ipſe decipior: quod nullo modo mihi perſuadeo: id eſſe arbitror amiciciam inter ſe / coniunctionemq; bonorum: quæ ſancta / et admirabilis eos ipſos deo ĩprimis deuinciat / atq; conſociet: efficiatq; præter cætera adiumenta / et officioſa cōmoda uitæ: ut quicquid in omnibus ꝓbitatis / atq; uirtutis eniteſcit: ſinguli uē dicent ſibi communicando / atq; fruendo. Quo præclaro / et ſplendidiſſimo bono (et parce ne dixerim) prope diuino noſtra hæc: quam tenemus: inſtitutio / et canonica uiuendi forma bene

Hic lib. ptinet ad congregaciōz Mon. scti petri ad aram. p morte domni Jo. Stephani ... ibi defūcti die 16 Maij 1509

ficio amplissimo dei sic quidem abundat : ut nu mero scilicet / contubernio / usuq; nunq̄ eorum careamus: quos una æque uirtus / exercitatioq; delectat / atq; conciliat: et quorum plurimus pro fecto animus / plurima mens / ardorq; intendit / et anhelat semper in deum : et in quibus omnia sincera / omnia fida omnia amabilia habētur / et salutaria: quippe quoniam eorum ipsorum uni / uersa non tam in uitæ commodis / aut in uolup tate / lenocinio ue mercedis: q̄ in puritate / splen doreq; uirtutis omnino sunt posita . Ad quorū egregiam laudem / sanctumq; præconium illud uerissime pertinet : quod noster Citharedus / et Regum prophetarūq; sanctissimus læto illo car mine cecinit Ecce q̄ bonum / et q̄ iucundū ha / bitare fratres in unum. Et quidem bonum / pla / neq; et iucundum: quando ita cum bonitate cō iuncta est uita iucunda: ut neq; a bonitate iucū ditas / neq; a iucunditate bonitas queat separari. Sed inter cæteros: qui uel adhuc uiuunt: uel qui a nobis profecti cœlestem fœlicitatem adepti pu / tantur: tu unus fuisti / atq; præcipuus hactenus mihi: quo una cum Germano meo Ioānephilip po dulcissimo frui diutissime Seuerine licuerit: et in te gustare eam omnem suauitatem beatam:

quam diximus: Ad quem et per absentiam scri/bere sæpe / et tuas uicissim accipere consueueri/mus. Quo officioso honestoq; munere nihil intercessit unq̃ utriq; iucundius. Cuius rei tam suauissimæ uisu / ac recordatione excitor sæpe: dulci hoc meo ocio maxime: quo lege uacantiũ Veronæ perfruens / animum ad intermissa parũper studia retuli. Vbi loci tuo quum uenerabili / suauiq; aspectu caream: et uerear diutius fortasse me etiam cariturum: putaui tantisper / quasi resarturus auiditatem interceptæ præsentiæ / et consuetudinis ueteris nostræ quæ elaboraui hoc tempore ad te Seuerine conscribere / atq; transmittere Disputationes scilicet octo de uero Sapientiæ cultu: aut aliter de instituendo sapientia animo inter nos concanonicos laxandi animi causa su/sceptas / et per solemnes dies octo / et saluatoris dei Matri sacros: ut uidebis: celebratas. Quas palato non alio: q̃ cætera hactenus nostra degustabit amica et sancta charitas tua: si non insipidiores iis: quæ antea spiritu acriore conflauimus / atq; excudimus: uidebuntur tibi fortasse. Sæpe q/dẽ ĩsenescẽte corpore sẽsus hebescit et animus: ip̃aq; ad caniciẽ cũ barba deuenit oratio. Quo de uicio scite q̃dẽ Persius eruditissimus inquit.

Tūc cū ad caniciē / et nostrū istud uiuere triste
Apexi / et nucibus facimus quæcunq; relictis.
Quo ĩ loco miseret reminisci quot fama ĩsignes
et hoc sæculo nostro mirabiles : ne prisca reuol /
uam : cum ueternosis corporis sensibus uires ani
mi perdidere ita acerbitate naturæ nobilissimus :
et superbissimus hominis spiritus ĩfecto iacet cor
pori semper obstrictus. Qui ut tardis / et diffi cil
limis rudimentis coalescit ad uigorem / et sensū :
ita a medio uitæ cum abscesserit : remeare dete
rius properat ad infantiam / et mortem / per par
tes fatiscens ante q̃ totus. etiã si quosdam sic fœ
liciter est enixa natura : quãq̃ raros illos : ut æta /
tem / grandia ueluti uina / bene ferentes : ad ue
getiora semper excrescant : quã ego sortem illis
inuideo. Tu uero tamen ꝓpositū ne deseramus :
cum priora nostra illa cum postremis istis contu
leris : liberum de utrisq; / plenūq; habeto / et fer
to iudiciū. Qua sane in re ego nō fuerim (quod
debet nemo) adeo impudens : ut de me ipso pu
tem posse recte me æstimare : nisi quatenus mihi
displiceo : quod malum neq; noui satis castigare :
ceu neq; medicus cōsulte nouit sibi ipsi mederi.
Deniq; susceptarum rerum ea porro dignitas ē :
ut in iis illustrandis succubuisse : grauis profecto

neq; sit criminis: cum maiores sæpe conatus: q̃
nostri in huiusmodi etiam nec indignati conces
serint. O mihi ideo / uel inchoato operi / uel ab
incude ad limam perducendo aut certe perduc /
to (nunq̃ dicam perfecto) ut de suis operibus
neq; dicere Appelles \ et Polycletus uoluere: qui
bus ad ultimum etiam absolutis / se annixos: nō
uero perfecisse illa inscriptiones et tituli erant.
O mihi inquã affuisses Seuerine. non esset opus
epistola modo: per quam de emendatione / deq;
sententia rogarere. Verum quicquid est tamen:
a tuo non discedam magno unq̃ / fideliq; iudi /
cio / siue occultandus / siue proferēdus tibi uide
bitur labor hic noster. Vale religionis ornamen
tum: et suauissima in domino anima. Veronæ
ex Cœnobio sancti Leonardi. XIII. Calendas
Octobres. MCCCCLXXXXV. a fœlicitate
Christianæ salutis.

MATTHAEI BOSSI VERONEN
SIS CANONICI REGVLARIS DE
INSTITVENDO SAPIENTIA
ANIMO DISPVTATIO-
NES. PER DIES .VIII.
IN PRATIS. D. LE
ONARDI IVX
TA VERO
NAM
RELIGIOSISSIME HA
BITAS LECTOR A-
GNOSCITO PIE
QVE GVSTA
TO QVI
BVS
O
VERE
SAPIENS
PER CHRI
STVM EVADITO.

ARGVMENTVM.

p Rimus incipit liber: in quo describitur a/
mœnissimus disputationis locus: atq; con
sessus. Cõgratulatio reddita Virgini mu/
sicis numeris. Quid Socrates. Quid Zeno atq;
Pythagoras de humana sapientia senserint. In/
ducuntur pleriq; uere / et communi sententia sa
piẽtes. De Pauli apostoli / diuiq; Hieronymi rap
tu permulta intercurrenter / et obiter. Triplex tã
dem sapientia astruitur: et quæ uere hominis sit
palam deniq; fit.

f Oelici illo Augusti die: quo alma
dei mater / et intacti fulgoris sere
nissima Virgo humanis a rebus
sublata fuit in cælum: cum a no/
bis mane exacta essent: quæ uirgi
ni honori / et congratulationi conuenerant / mu
nusq; reliquum diuinum omne pie / atq; perbel
le tractatũ: pransi et Concanonici fratres: in pra
ta coniũcta cœnobio ad umbram pleriq; lætissi/
mi mi Seuerine diuertimus: et qua cliuus in me/
ridianum prospectat / opacas subter oliuas iucũ/
de consedimus: unde spectantibus hinc se aperit



uasta / et amœna planicies. Inde se tollunt / parte aliqua blāda / parte aliqua uero perq̄ horrida iuga supra Bænacum. Vbi fuere et in conspectu amplæ / superbæq; urbis Pomeria. Mœnia. Tecta. Castella. Amphitheatrum insani quondam operis monimētum: et indicium claritudine prisca urbis Veronæ profecto dignissimum. Præterfluens cum murmure Athesis / et urbem interse cans lætissimo flexu (dixerim et amœno / ut in uerbo cum Marone conueniam: qui Athesim inquit propter amœnum) Quibus uariis / et speciosissimis tractibus / atq; spectaculis quaq; diffusis hilarescere facile / pulcherrimeq; omniū oculi possent: quāq̄ Moles illa Theatri: quæ æternitatē quandā æmulatura uidebatur: magna nūc parte diruta / et squalentissima tota / miseratio / nem afferret oculis / et admoneret quantū laborent / nutentq; mortalia / ac nisi diuinum / quicq̄ esse perpetuum. Eo igitur loci per dies octo / Virgini sacros / constituto / locatoq; consessu / et delectis ad negociū horis inter nos multa (ut uidebis) de sapientia disputata fuere: que totidē ip̄e in libellos retuli / atq; digessi: tuæ charitati ac uenerabili nomini Seuerine dicādos: qui studia / et lucubratiunculas meas nullo merito tanti: sed zelo te nimio fallente fortasse / pergustati semp̄

atq; probasti. At quidem initium dies primus ita suscepit. Nam post paucula admodum uerba ui cissim inter nos habita / de demulcendis auribus cœptum est cogitari: ad quod titilare animos ex adolescẽtioribus unus parũper effecit / libellũ ꝑ ferẽs musicũ: quẽ leua tenebat: ea uenustate / pla neq; et uerecundia: quæ decet adolescentẽ: quip pe qui ingenua indole surgat / primaq; imbuatꝛ sub præceptore doctrina. Accũbebat quoq; her bido aggerulo ꝓxime isti ad rẽ musicã admodũ aptus Valerius Facinus / filius quõdã meus atq; discipulus: sed uirtute nũc ea ꝓditus / atq; doctri na ut ille mihi iam plane sit nõ modica in domi no gloria / percolendusq; magnopere: qui ut iu nior ille mollem / et clarissimã uocẽ promebat: sic firmũ pectus iste / et tonãtissimũ exagitabat. Astabãt mediæ uocis et suauissimi guturis inter hos duos Nicolaus et Seraphin: q materna car mina simul / hymnosq; lætissimos i Virginis lau dẽ / et plausum modulãtes / ad lachrymas nos ꝓ pe mouerũt: quos exaudiẽtes seorsum qui interã bulabãt Cælsus prior et Albertus Auãtius ad re sonum ꝓperauere cõcẽtum (habuere.n. uiri illi promptum ut ad cætera animum: ita quoq; idul gentissimas aures huiusmodi cantibus) quibus aduenientibus cum cœpissemus assurgere: non

passus Cælsus: manu fecit humaniter ne quis as-
surgeret: sed salutati capite tantū: consederūt hæ
rentes humeris alter procero Amigdali trunco
omnibus præeminentior. sinuosæ alter oliuæ.

IO. PHILIP. Paulo uero post cū cantu uideremur expleri Io-
annesphilippus germanus mihi dulcissimus cæte
ris præter Cælsum / meq; senior (Illum .n. ætate
antecedo mensibus sex supra triēnium) qua solet
deuota / piaq; mēte cœtum interpellare hunc in
modū est orsus. Si oculorum auriumq; uolupta
ti applausum uiri patres ē satis: animis: si lubet:
ēt blandiamur: qui aluntur sapientia / et rerū ma
ximarū pscrutatione / atq; noticia: quod Cælsus /
atq; ego cū pbaremus īprimis: cæteri omnes ex

MATTHAEVS. uultu uisi sunt expetisse. Vnde ipse Age inquā o
frater quid habes in prōptu: quod in mediū pro
feras? Ille uero multa inquit de assumpta Virgi-
ne: quæ in disputatōnē uenire pcōmode uidebā

IO. PH. tur: hesterno sub uesperi mecū fueram cōmenta
tus: quæ in psalmodia antelucana iterlectus Hie
ronymus / et super prādio hodie magnus noster
Aurelius enodarūt placide / ac scite adeo mihi: ut
nihil iā plane in iis cōtationis supsit: quod et uo
bis ferme singulis puto contingere: qui lectiones
huiusmodi istas nō segnius / atq; ego pcepistis / re

centesq; tenetis. Quam quidẽ ob rẽ: q̃q̃ nihil ha
beo: unde conflari possit / deduciq; collatio: iter
cæteros tamen indoctior cœpi: ut inde martẽ accẽ
derẽ. Qui cũ animaduertã iam se corrugare ple/
rosq; / cogitabundosq; contrahere: ex omnibus
in Andreã Morandũ me conuertã. uirũ sane acu
tũ natura / et litterarũ p̃terea sacrarũ / et huma/
narũ doctrina ornatũ: atq; ẽt circi cõgressum de
trectare nõ solitum. (Erat uero ille ex ætate ĩ cõ
sessu quintus / et uere qualis a fratre memoratus
acer / et de multis in disserendo ꝓmptissimus)
Qua de re in eo intenti omnes expetere uisi su/
mus/ut pro tempore aliquid induceret: qui obse
quẽs: ut facili / et suaui semp̱ est animo. Quoniã ANDR.
dixisti Philippe inquit tractus ut soles: nobilita/
te animi tui / dandũ esse aliquid animis: qui sola
aluntur sapientia: atq; doctrina: quæro / quando
impræmeditato mihi maius / aut melius nihil oc
currit: quænam tua ista sapientia est: quæ alit ani
mos? de qua disputare digna fortasse res erit: ac
certe pulcherrima? Ad quẽ germanus. Hæc una
uirtus Andrea mihi plane esse uidetur: quæ red/ IO.PH.
dit hominẽ quantũ ei fas ẽ / deo fere simillimũ:
solo in homine / atq; angelo cadens: qua homo
cæteris animantibus præstat: quam ẽt diuinarũ

humanarũq; rerum notionem esse definiunt: cu ius nomen ut speciosũ: ita res ipsa: cũ fructifera: tũ salutaris. At uero Morãdus nihil ultra passus audire: sed manũ caputq; agẽs intẽtius: q motus est sibi innatus: recte tu pater dixisti ait sapientiã ab eruditis ita definiri: atq; nobilitari: ut diuina rũ humanarũq; rerũ constet notione: sitq; iucun dissima: ac salutifera: cui assertioni antehac ego quoq; sine cauillatione plene cõsensi: quoniã ita simul et philosophi et uulgus ꝓloquerẽtur: Sed nũc altius rem istã rimanti: titubatio mentẽ inces sit uirtutẽ hãc tantã ullus ne unq̃ sit assecutus: quod siue dicatur: siue minime: utrinq; uel calũ niã: uel obscuritatẽ responsio sit habitura. Qua re: si tu affirmaueris: ego negabo: et (ut puto) fa cilius. Cur te Andrea hic scrupulus uexet: nõ sa tis perspicio retulit frater. Nõ multos legis publi cis uocibus decantatos sapientes uereq; habitos? quibus indigenis suisq; cõciuibus: uariæ græciæ urbes nihil habẽt insignius? Thaletẽ inq̃. Pitta cũ. Biantẽ. Solonẽ. Cleobolũ. Periandrũ. Chilo nem: et his additum Apollinis oraculo Socratẽ? Qualis et in tota iudæa appellatus ẽ Solomon? et a nostris nostro hoc tẽpore quisquis ita iuste: impollute, scite, appositeq; in omni se ostẽtat: ha

ANDR. (margin, beside line 3)
IO. PH. (margin, beside line 18)
vii. sapien tes. Socrates. Solomon (margin notes)

betq; negocio/atq; officio: ut quantum omnino humana uis potest in nullo deprehendatur errare? Quis uero: nisi excors: huiusmodi insignes aliquos non sapientes audacter/prompteq; iam dixerit? Neminē non dicturū asseuerabo tū inquit Andreas: si talem quēpiam usq̄ mihi es porrecturus: uerum enim uero diuinarū humanarūq; rerum cognitionem: et ipsarum habitū expressisti Sapiētē tueri. At uero tu Philippe: qui supra tertium/et sexagesimum uixisti annū: quē ex omnibus: quos agnouisti: aut etiā dilexisti unq̄ dabis mihi unū/excepto Iesu xp̄o domino/certo ueroque deo: qui diuinarū humanarūq; rerum notitiam funditus capiat/aut capturus putetur in oē posterum tempus? nisi rursus oriatur mundo noua aliqua soboles sanctior omni ātiquitate atq; diuinior: quæ si expectāda sit: prudentiæ non exiguæ tuæ Philippe esto iudicium. Et enim uidendum est quos et uulgus/et philosophi opinātur/et p̄dicant ut dixisti sapientes: q̄ docte / et quali adhibita ratione eos ipsos sic astruunt. Nā de re diuina si contēdamus: quante porro temeritatis est: dei arcana: quæ æterna. quæ infinita. quæ et ab his sensibus: per quos intelligimus/atq; dignoscimus abstracta/alienaq; sunt: hōiē putare/aut ANDR.

assequi posse. aut tenere. aut quouis modo per/
tingere? Si et de humanarũ rerum cognitione ha
benda ẽt contentio ẽ: per quas naturaliũ causas /
et rationes puto accipiendas: Eæ res ꝓfecto omẽs
et si cõferri cũ dignitate hominis nequeũr: quia
homo superior illis est / proximã diuinitati indo
lem / naturãq; sortitus / et earum dominator cõ/
ditus: eas tamẽ ipsas nõdum cõprehensas ad me
dulasq; libatas ab humano uidemus ingenio.
Ab his igitur septẽ: qui Cyrri temporibus florue
rũt: nihil porro habes o Philippe præter quasdã
sententiolas argutas ad utilitatem humanæ uitæ
inuentas / et breuiter dictas. Quare nõ paruo de
inde spatio tẽporis ĩteriecto magnæ prudẽtiæ exi
stimationisq; philosophus Socrates / et eũ secuti
Academici ueteres: de iis posse uẽdicare sibi sciẽ/
tiã desperantes: præstare cẽsuerunt partem eam
philosophiæ: quæ morum esset: q̃ quæ naturæ cõ
sectari. Neq; erubuit ex conscientia Socrates: ne
aut turpiter falleretur / aut improbe falleret: fate
ri de se illud ĩgenue: quod ad omniũ postea ora
ꝑuasit Hoc tãtũ scio / q; nihil scio: seq; totũ post
habita / exibilataq; naturali doctrina omni / uitæ
deuouere morali: quã primus: ut dicto Ciceronis
blandissimo utar: e cælo deuocauit ad homines.

prudem[?] Socrates

de fortitudine quotidie. de prudētia. de iustitia. deq; aliis uirtutibus disserens: quæ sola hominū bona appellabat. Sic et Zenonē fecisse patet cō stātissimū ꝑfecto uirū / ac solēni doctrina / et lau de philosophū: et cū illo omnē turbā Stoicorū: quorū ille extitit pricepts. Ita quoq; āteq̄ philoso phiæ nomen teneremus et Pythagoras sensit / et tradidit: qui hos ātecessit ætate. Siquidē cum ad eius tēpora usq; qui se se doctrinæ / bonisq; arti bus totos dedidissent: sapientes uocarentur: q̄uis plus quidē sapere putaret Pythagoras: q̄ illi pri ores: offensus tamen falso / et arroganti sapientis nomine: q̄ certe putaret neminem esse sapientē: cum quænā esset eius professio quæsitus fuisset: se esse philosophum quærenti respondit. Quod qui quæsiuit ē admiratus / ut citra priorem iactā tiam se Pythagoras non Sophon / hoc est sapiē tem / sed philosophum mallet appellari. Nā phi losophus inquisitor et amator sapientiæ est: ac philosophia ꝓprie / atq; latine amor / et expetitio sapiētiæ nō sapiētia dicitur: quæ appellatio: quo niam quidē uera: incremētū abinde magnū / et gloriosum tenuit semꝑ / atq; seruauit. Hæc itaq; pars: quæ ad res humanas / et phisicas ꝑtinet si ha beri exacte ab hoīe neq̄t: ut tātorū philosopho /

Zeno: stoi[ci]

Pythago ras.

Nota. philosophus

rum defendit auctoritas: q̃to porro eam minus: quæ diuina ē: homo aſſequi poterit: ab huma-
nis diſtantem ſenſibus infinita proportiōe/inter-
minataq; menſura? In tã aperta igitur ueritate (uelim/nolim) flecti ad eos cogor: qui ab homi-
ne non ſapiẽtiam modo: ſed humanam etiã ſciẽ
tiam ſuſtulerunt omnem. Neq; ſane puto aliter abs te poſſe exiſtimari his auditis: res ipſa Philip-
Io. HP. pe. Cui rurſum ille morande te quæſo inquit: Quæ ars ulla? quæ ue exercitatio eſt: quæ nõ ſciẽ
tia conſtet? Nã bonas ut artes prætereã: aruorũ cultum. militiam. fabrefactiuã. lanariam. coriari
am. tonſoriã. cæteraq; ad uitæ neceſſitatẽ et com
modum quæſita/atq; inuẽta nemo iam tractat: niſi ea ſciat et calleat. Neq; eorum peritiã arroga
re ullus ſibi p̃ſumit: qui non ante didicerit. unde illud ē uerum Quod medicorum eſt promittunt medici/tractãt fabrilia fabri: et Nauita de uẽtis: de tauris narrat arator. Quod ita cum ſit: de his ſingulis ergo ſcientia. Certitudinem p̃terea/ac re
rum multarum ueritatem uſus/expientiaq; adin
uenit: quod negabit niſi delirus. Etenim aquam humidã/frigidãq;. Ignem contra calidũ ſimul et ſiccũ. Solis/lunæq; defectus et motus/ac nimbo-
rum et tempeſtatum ſigna non a phiſicis modo/ aſtronomiſq;: ſed ab agricolis etiã/nautis quoq;

collecta sunt: multaque id genus: quæ nisi sciant: utique sit peundũ. An tu ita anguste qdẽ sciam fi nis: ut nõ iã ultro cõcedas: q hæc pite apprimeque callent eẽ sciẽtes? et q cũ his diuinũ quippiã ple ne/alteque deprehẽderint: ut esse deũ: a quo opti mo/atque benefico quicquid ẽ effluat/et sine quo esse nihil possit oio: et qui eũ ita agnitũ/atque de prehẽsũ fide ac pietate/qua maiore possũt exco lãt: nõ hos quoque sapiẽtes asseueres? Quãto ma gis qui religiosius/atque cõstantius eũ uenerant sẽ per/et sitiũt/illud dauiticũ intra se gementes ma gnope ac suspirãtes Queadmodũ desyderat cer uus ad fõtes aquarũ: ita desyderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit aĩa mea ad deũ: fõtẽ uiuũ q̃do ue niã/et appebo ãte faciẽ dei? Qui parẽtibꝰ simul/ patria/reque oĩ dimissa/atque posthabita sobrii. cæli bes. solitarii. clausi. et tãq̃ cæteris emortui curis/ atque negotiis se deo totos addixere? que si nõ quo que oẽs istos caternati i sapiẽtũ catalogũ admise rimus: obscurabũt tamen adeo rari illi: q in oĩ ui tæ pte admirabiles extitere? et quorum mors fuit gloriosa miraculis: ut ab sapiæ limine penitus ex plodãt? Habuimus ex maphea tua familia cælse: quẽ tu/et Matthæus germãus hic meus egoque ui dimus: Paulum patrem: cuius recordatõe/ et no mine semper ornabimur / dum uiuet stabitque

Nota pau lũ Maphe um.

Religio:quẽ quidẽ ego ferme ambigo inter cæle
stes ne spiritus/an inter mortales æquius collocẽ:
nedũ sapientẽ appellẽ:cui nẽpe uiro quid laudis
unq̃:quid integritatis:qd honestatis:qd uirtutũ
cæterarũ et sanctimoniæ defuit:quo minus in sa
pientum numero reponi debeat? Nam per omẽs
gradus eximiæ sanctitatis ĩprimis ire a teneris cœ/
pit i charitate ĩ deum / atq; homines ardens. hu
millimus non foris modo / sed re ipsa magis in
terius . impolluto affatim corpore : quin quoq;
et uirgo:ut a plurimis creditum est:qui et legere
quotidie.et orare.et flere nõ destitit.docere quo
q; et predicare:cũ locus exegisset:assiduus et fu /
it.Quo in consulendo nemo prudentior:atq; fi
delior.In exhortando efficatior . in consolando
suauior.in commonendo benignior.in differen
do clarior et admirabilior:cuius sciẽtia/ atq; doc
trina infusa magis:q̃ quæsita / partaq; omnibus
uideretur.Illi acceptissimus extitit suus æqualis /
et eiusdem nominis Paulus ille Pergulanus:qui
Venetiis insigni laude philosophiam / theologi
amq; publico gymnasio tradebat. Ad eum uir il
le doctissimus / et ea tempestate illis in litteris pri
ceps in nostrum sæpe charitatis cœnobium diuer
tebat.Subtilissimis simul illi de rebus cõferebãt:

iis scilicet: quas præsertim circa diuinam naturã theologi sudantes solẽt inuestigare. notiones di co. processiones. attributa. operatõnes interiores dei / ac exteriores: et id genus grauia / atq; nodo sa: de quibus obscuritatibus cum loquuntur cæ / teri: uix aliud: q̃ terminos colligis. Sed ea ista quoties noster hic Paulus suscepisset: nõ de scho la Scoti / aut Aquinatis eius sermo pendere Per gulano uidebatur: sed illum referre uisa / modo q; in terras ad nos descendisse a cœlestibus / ma / gnitudineq; diuina dicebat: quæ sæpe cũ lachry mis oculisq; supinis prosequebatᷣ sãctus / et ad gu stum rei diuinæ mollissimus ille. Quos uero sen sus de prophetis: quam et dulcedinem de nume / ris Dauid erueret mirabile creditu. Hunc pariter eloquio priuato / fandiq; lepore / siue grammati ce / siue materne loqueretur nemo superabat.

Qui et q̃plurimas reliq̃t epistolas / partim graues partim familiares: ut res tempusq; poposcerat: quas hinc / atq; inde dispersas in corpus unũ reuo cauit: perq; libros discreuit discipulorum primus et eiusdem sanguinis Timotheus: ĩ quibus hoc maxime uno precellit omnes: quod nemo ex ani mo magis quæ optauit uisus est dicere: quas si ei curæ fuisset posteritati mandare: texuissetq; / et

leuigasset: ut facile poterat: nihil haberemus cũ
eloquẽtia sanctius/atq; suauius: Quod non fecit
ex cõscientiæ modestia puto. Nã tã exactã et mul
ti tẽporis humillimus ille neglexit diligentiã. Vi
dentur. n. magis excussæ aliqua repẽte de phare-
tra/aut manu pleniore quidẽ elapsæ: q̃ rhetorica
ulla studiosius opera expolitæ et laboratæ: quod
si quãdo faciẽdũ putauit: examussim effecit. De
Cãbio Bosso quoq; nostro q̃ta pie et maxime Ie
Nota Cambiũ Bossum.
su se mihi offerũt: quæ uobis uti mihi nota præ-
tereo: claro quæ tuo Matthæe frater epitaphio
sunt celebrata: quod in eius obitu sancto ad Se
uerinũ scripsisti: quod se ingessit mihi nuper uel-
luti sponte: cũ epistolas legerẽ tuas: in quo sane (
ex fide loquor) perlegẽdo a lachrymis tempera-
re mihi uix potui/admirabiliũ huius uiri uirtutũ
dulcedine delinitus et motus. Multos his duob9
quos retuli Paulo et Cãbio ꝓximos ꝑ omne p̃te
ritũ tẽpus cõspeximus: et nunc quoq; tenere ple-
rosq; diuinæ beneficẽtiæ dono/miserationeq; læ
tamur: quos ꝓseq singulatim omẽs: ut ipertinẽ
tis negotii: sic et iactãtioris leuitatis forsitã uide-
ret. Satis fuerit mihi Andrea hos tibi porrexisse
nostros hoies / meo semꝑ iudicio: et cõmuni (ut
arbitror) opinione sapiẽtes. Quod si sapiẽtia: ut
enixius contẽdisti: nulla adhuc tibi uidet̃: aut ẽt

si eā existere putas: sed tanq̄ exulantē a re huma
na / uel penetralibus abditis occulto in se ip̄a re
gnātem nulli concedis: iugum bona cum uenia
tecum Morande tanq̄ cum infideli non duco:
qui in humanis / diuinisque litteris et sapienti /
am: et præditos sapientia tam sæpe nominari at
tolliq; conspicio. Extāt libri Solomonis: qui sub
sapientiæ nomine in ecclesia ideo sancta catholi
caq; legūtur: ꝙ in iis æque suscipitur aliud nihil
atq; tractatur: q̄ de doctrinæ / et sapientiæ laude /
proq; uiribus omnes ad eas capessēdas certatim
inuitantur. Horum pulcherrimus unus Prouer/
bia sunt: ubi illud audis et legis. Nonquid nō sa
pientia clamitat et prudentia dat uocem suam?
Nam in summis uerticibus super uiam in medī /
is semitis stans iuxta portas ciuitatis. in ipsis fori
bus loquitur dicēs Ad uos o uiri clamitto / et uox
mea ad filios hominū. Accipite disciplinā et nō
pecuniam. doctrinam magis: q̄ aurū eligite. Me Nota.
lior est enim sapientia cūctis opibus. et omne de
syderabile ei non potest comparari. Habetur et
uolumen illud: quod alio nullo: q̄ sapientiæ titu
lo prenotatur: quod Philoni hebræi attribuunt.
Et ecclesiasticus: qui a Iesu Sirach æditus est: in
quibus quoquo te uertis: nihil magis: q̄ discipli
nam: q̄ peritiam: q̄ et sapientiam colligis. At ue

ro in prophetarum oraculis / psalmorumq́ carmi nibus quid passim aliud / nisi doctrina tibi occur rit / et sapientia loquitur ? Sed quid deniq́ clari us: q̃ quod de se profitetur Apostolus Sapientiã loquimur inter perfectos. Nemo non sapiens lo qui sapientiam potest: quod si Paulus loquitur: Ec ce tibi iam unum: quem extitisse sapientẽ neque as inficiari: alioquin mentitus uideatur: si se lo qui sapientiam inter perfectos non ueraciter di cat: quod de Paulo sentire ita ego possum: ut de

ANDR. ipso deo quidem horridum scelus. Tum Morã dus ita sane nihil est: quod minus ego etiam pos sim: q̃ in sententiam quauis de re non transire / currereq́ cum Paulo. et tecum Philippe quoq́ q̃diu quotiesq́ cũ Paulo curris: sed uide a Pau lo longe non absis: cum te ei proxime putas. Sẽp illud ipse cõtendam: quod iam asseueraui / argu mentisq́ fulciui. Si uera / et infracta est sapiẽtiæ definitio: sapientem esse neminem excepto quẽ prælibauimus: præstantissimo quidẽ deo / et eius unigenito Christo: Quoniam uero ad Paulum tu Philippe me rapis: quo nemo fere diuinior / deiq́ plenior: puto / doq́ tibi quatenus ita diui nus ille fuit / et dei plenus eum certe fuisse tũ sa pientem: qualis uero citra hoc fuerit sapiens nec

ne:hæſito equidem:quam hæſitationem ex ipſi
us auſpicor raptu. Aduerte hic Philippe te quæ/
ſo. Scio hominē inquit neſcio in corpore/an ex/
tra corpus:deus ſcit. huiuſmodi raptum uſq; ad
tertium cœlum:inq; et paradiſum/et arcana con
ſpicatum:quæ non licet homini loqui. Hic oro
te iterum Paulum intente parumper obſerua.
Quædam ſe ſcire liquido profitetur ſe fuiſſe ra/
ptum uidelicet:et locum quoq;:quod eſt tertiū
cælum/et Paradisus. et hactenus hæc pace tua/pa
ter ad ſolidam ſapientiam(quod docebo)non p/
tinent. Quædam pariter ſe fugere conteſtat ap/
te:ut quæ inſpexit arcana:de quibus loquēdi cō
pos minime manſerit. Sic incertum ſe quoq; de
modo uidendi neſcientē/ea ne intuitus in corpo
re/an extra corpus fuerit:ſed deum ſcire. ꝙ ſi pri
ma gloria doctorem / et orbis terræ magiſtrū ad
tertium uſq; cælum ita ineffabiliter raptū: et cui
nouiſſime poſt omnes diſcipolos dominus in ter
ris uidendum manifeſte ſe dedit: ignorare uide/
mus diuina:quæ uiderat. et ſapientia:ut ipſe di/
xiſti:diuinorum eſt notio:ſi non definitionē in/
firmas/et uiolas:qua ratione plene ſapientē Apo
ſtolum aſtrues: quibus ue coloribus finges? ꝙ ſi
non uirum ita diuinum/cæterorūq; inſtitutorem

talem habeas: qualis requiritur ad diuinarũ rerũ sapiẽtiam: quos amabo monstrabis alios digito: a quibus percepta diuina sint: quorũ agnitione oportet (ut diximus(præditum esse: qui euadat ad cognomen / et fastigiũ sapientis? nostros ne forsitan: quos cõmemorasti: Paulum / et Cambi

IO.PHI. um: aut huiusmodi ullos? Ad hæc frater leuiter subridens te quæso inquit Andrea / ne ultra: etiã si ioceris: sapiẽtiã polluas: sed progressum detor / que parũper a semita: et quæ de raptu Pauli cõ / mode enarrari queunt: ne per deũ prætereas. Ap

Nota. petibiliores sæpe sunt epulæ: quæ paratæ / conqui sitæq; non fuerant: sed mẽsæ ex insperato ferun / tur: q̃ quæ ingenti cura et ambitione struuntur: et ut plerunq; quæ peregrino ex solo carpuntur: gratiora sunt poma: ita in differendo ẽt concina opportunaq; uarietas lepidiorẽ uim habet et cõ dimẽtũ. Qd' si intercurrentem rẽ istã clare diges seris: reor nec tunc fore difficile enucleare quod quærimus: rẽ uero ipam ex se nec indecorã / nec leuem. Ipe uero dũ dixeris / cupidissime ego tibi studebo / sermonemq; / ueluti historiã / tuũ sine interpellatione: ut modo feci: sic semper accipiã.

ANDR. Tum Morandus / quoniam de Paulo inquit / et

audire / et loqui / cum occasio incidit: tam auide equidem / iucundeq; soleo: q̃ Paulus / cum doc trina / tum meritis est omnibus in ecclesia clari / or: nõ recusaré hoc munus in pulcherrimo hoc: quod nacti ocio sumus: si præter me alius nõ isto prato recumberet et doctior / et lõge præstãtior. Sed neq; uelim esurius ita uideri / ut omnia uo rem solus: atq; liguriam. Quare hanc ego ueniã deprecor ut cum dixerim ipse iam satis: assurgat alius. Quod ex ætate atq; peritia Alberto conue nire meo plane iudicio æquissime puto: Qui et ĩ Paulo quicq̃ noluit præterire iamdudum: quod sibi familiare nõ fecerit / ac prope uernaculũ: ut quoquo in sermone Paulus illi sit p̃sentissimus: cæterisq; prælatus. Quare prebe te nobis Alber / te. Sic itaq; hortante Andrea ac suadente: mox uniuersi: ut diceret: sunt illum aggressi: qui hila / riter obsequens / ita cœpit. Mihi exoret Aposto lus: ut quantum auidi estis: tantũ mihi quidẽ di cere liceat Patres. Subinde nõ satis mihi fuit in quit cogitatione interdũ / animoq; uersare quæ isto suo de raptu ab humanisq; secessu scri / bit Apostolus: nisi et quæsierim: quæ subtilius Theologi et ecclesiastici iterp̃tes digna cognitu ALBE.

narrant. Sed imprimis reor nobis exquirendum quid intelligi uolumus / raptum cum dicimus. Quæ uis nominis sit. quæ descriptio: in quo ui / detur uel Paulus ipse titubasse: qui se cum raptũ affirmet indubie: de modo subinferat nescio in corpore an extra corpus. deus scit. Quod nihil absimile euenisse compertum est cæteris: qui ra/pti fuere/ nostro Hieronymo maxime: cuius in li bello de modo uiuẽdi deo ad Eustochium et so rores a se composito ad unguem ista sunt uerba: quæ puto (si uos non piget) memoriter me posse referre: quod facturus lætior sum: cum ecce uos uideam citato Hieronymo ꝓpensiorẽ mihi ope/ram dare. Nam ut ĩ isipiẽtiam loquar uir inqt il/le sanctissimus ego homunculus sic abiectus / sic uilis in domo domini adhuc uiuẽs in corpore an gelorum choris sæpe interfui de corporeis per eb domodas nihil sentiens. Sed diuinæ uisionis ictui tu post multorum forte dierum spacia/ p̃scius fu turorum corpori redditus flebam. Quid ibi ma nens fœlicitatis habebam. quid in enarrabilis de lectationis sentiebã: testis est Trinitas ip̃a: quam cernebam nescio quo intuitu. Testes sũt ipsi bea ti Spiritus: qui aderant: Testis est et conscientia mea quia tantis bonis ipse fruebar: quot / et qua

Nota de Hierony/mo.

lia nescit proferre mollicies corporis mei. Refri/
cate animo singula uerba : q̄ optime deus ē om/
nino Hieronymus Paulo simillimus. Sed nostrā
ad rē reuertamur: Definiri raptus meminisse mi hi uideor: si non me recordatio fallit: qui ad hoc meditato non ueni : ut sit abstractio quædā ani/ mi/ atq₃ alleuatio per superiorem quidem uirtutē ad beatitatem eam delibandam : quæ eius: qui al leuatur: et ra pitur: facultatem excedit penitus/ at que naturam : cum abstractione interim a sensi bus corporis. Solui igitur : ac separari intentione mirabili animam oportet a corpore: ut raptus ue re possit/ ac solide dici. Quæ abstractio dum fit: neq₃ eam satis abstractus comprehendit : adeo succumbit superiore sub ea uirtute natura: a qua tantus hic motus efficitur. Neq₃ tamen ab ani/ ma usq₃ adeo corpus deseri dixerim: ut exemptū stirpitus uita/ formaq₃/ intereat. Sed tanta est uis coniunctionis animi cum re diuina: et illius per/ specta cum gloria: ac tantus simul in rem amatā amoris æstus: ut magis quidem ubi arripitur : et sublimis tollitur ita affectus animus uigeat : q̄ ubi uiuificat. Intentioni enim atque amori uni uersa concedunt : estque talis quisq₃, qualia de/

Raptus quid.

Nota.

Nota.

animus magis ubi amat q̄ ubi animat

No.

perit. Dum itaque eum in modum raptus su/
pra se fertur: fit repēte ea per momenta beatus:
cui maxime rei clara / et plurima testimonia in
prophetis / et psalmis sacræ litteræ ferunt: quæ
Cælum. prætermitto: ne longius dissedamus a Paulo.
Paradisus Quid porro tertium iam sit cælum. Quid para/
disus: quem nominat: cur postremo de inspec
tis loqui nequiuerit q̄ breuiter possumus poti/
us indagemur: quæ sane cura uti Philippe tibi:
qui hoc differendum putasti: atque rogasti: ita
nobis reliquis non erit intempestiua / aut iniu/
cunda fortasse: si satis eam ego expedire potue/
ro. Permulta namque ab ueteribus conquisita/
enarrataque sunt de tertio huiusmodi cælo: sed
ea liquidius / et copiosius explicata ab recenti/
bus theologis nostris / ab Aquinate præsertim /
uiro ut gloria sanctitatis: ita solida / uariaq; do·
ctrina insigni atque mirabili. De tertio itaque
Quid sit cælo hi ferme oēs cōsentiūt: ut sermo: q de illo
tertiū cælū suscipit: partiri trifariā / distīguiq; cōueniat: atq;
ita imprimis: ut aliqs uere locus corporeus / soli
dus / atq; tractabilis sit: idest cælū illud supmū / oī
um uastissimū / cōtinētissimū / lucentissimūq;: qd
empyreum / hoc est igneum uocant: in quo cunc

torum cælitum domicilium est/et quæ fœlicium nunc animos demigrantes a corpore sublimis excipit Regia : quod tertium idcirco ab Apostolo est nuncupatum :quoniam eorum quidem proportione / atq; distantia :qui infimi cæli medii / que subiiciuntur:situ/atque natura sit ipsum supremum .Nam horum infimum ē:quod subter lunarem orbem continet elementa:in quo:cum cæterarum rerum :tum hominum / atq; brutorũ generatiões / et corruptiones iugesq; qualitatum omniũ uicissitudines / et uarietates fieri cõspicimus.Secundũ autẽ speræ illæ omnes. quæ a lunari globo usque ad empyreum pertinẽt. Tertiũ uero ipsum empyreum/ut diximus/ atq; supmum .Verum ut theologorũ: quos citauimus: uerbis proximius utar :empyreum sane respectu cæli aerei \cæliq; siderei/aut equidem potius cõpatiõe cæli stellati:cæliq; aquei /aut uero cristallini tertiũ obtinet gradũ.Atq; hæc đ cælo locali. Alio uero sẽsu tertiũ hoc cælũ accipi uolũt ex rerũ cognoscibiliũ serie:quæ,plane huiusmõi ẽ/ ut primũ/atq; infimũ / cælestiũ corporũ: et quæ in iis est uisibilis machinæ omnis cognitio esse dicat .Secundũ spiritualis naturæ :idest angelorũ

Primũ cælũ locale.

Secũdũ.

Tertium.

Alius sensus.

plena comprehensio. Tertium immensi gloriosi
que dei in maiestate ineffabili sua clarissimus /
Alius ite/rum fœlicissimusq; contuitus. Gradus tris præterea
addunt: quibus dei mirifica Beatitudo cognosci
tur. Quorum primum ad minorem supernarū
intelligentiarum Hierarchiam pertinere uolue/
rūt: quasi in gradu primo isto locentur: qui tan
tum deo fruantur: quantum primum angelorū
fruitur agmen. Secundum æque gradum ad hie/
rarchiam mediam referentes: atque hos gemi /
nos Paulum gradus excessisse / et ad supremum
ipsum: quod cælum tertium intelligatur: subli
mius euasisse: adeo ut in perspiciētia gloriæ ma/
gnitudinis Dei Tronorū. Cherubin. Seraphin/
que: qui plenius re diuina beantur: persimilis fa
ctus sit ordini. Inquam tantæ fœlicitatis arcem
admissus / et beatitudine ultima ita affectus se
Nota de Paradiso quoq; in paradisum raptum pergat astruere: ut
per Paradisum inefabilis delectationis dulcedi /
nem: qua carere potest nullo equidem modo: q
deo coniungitur: euidentissime profecto suade/
at. Nam paradisum hortum pomiferum / uel po
metum consitum interprætari solemus: quo be/
ne culto / atque uernante nihil aspici solet specie

iucundius/usuq; uberius. Effecit hæc itaq; tan/ta uoluptatis/gaudiorũq; complexio: ut paradi/sum tertio cælo coniunxerit. His ita delibatis su/perest ut disseramus cur reddito iterum deorsum in terras de cælestibus: quæ inspexerat: fari Apo/stolo nullo modo licuerit: quæ pars quemadmo/dum cætera etiam doctissimorum nostrorum ho/minum studium meruit/ac diligentiam. Quam obrem animaduertendum imprimis nobis illud est humanis sensibus/omniq; naturæ præsentẽ Dei maiestatem et gloriam/dum manet in cor/pore/inspectare esse omnino negatum: quoni/am inter alterutrum deum scilicet et creaturam indemensa utiq;/et incoibilis est interiecta distã/tia. Tollatur ergo extra se/et a re omni penitus abducatur humana necesse est: qui uisurus ullo modo sit deum. Quare ad tantam qui uisionẽ excedit: non in se quidem id habet unde deum inspiciat: sed diuino illi prælucente lumine fun/gitur: quod sane dum facit: eius specie/gloriaq; perenni efficitur exacte beatus/adeo nequit ab i/spicientia illius maiestatis æternæ beatitudo di/uelli/neq; uicissim a beatitudine/diuina coniũ/ctio. Dum itaq; sumus in corpore: ita corporati

Nota.

Modus in spiciendi Dei.

ita impediti. ita graui ſemper offuſi caligĩe pere/
grinamur a domino / ut inquit apoſtolus. Vnde
et illud ad Moyſem diuini oris oraculum Non
me uidebit homo / et uiuet: et illud in euange/
lio apud Ioannem Deum nemo uidit unq̃. uni/
genitus autem dei filius: qui ẽ ĩ ſinu patris: ipſe
Nota. enarrauit. Non humanæ igitur naturæ: ut dixi/
mus: iſta res eſt: ſed gratiæ. non huius ſæculi: ſed
futuri. non mortalitatis: ſed perẽnitatis in iis di/
co. quos prælegit ſibi ſanctos et ĩmaculatos an/
te ſæcula conſtituta architectus ipſe / et mundi
Similitudines aptæ. rector / et princeps gloriæ deus. Similitudinẽ de
his ſumere a ſenioribus uobis mihi concedite: q
hebeſcente grauiter uiſu adminicula uitrea / aut
cryſtallina oculis adhibetis: quæ quãdiu admota
ſunt oculis uiſionem / amota uero cæcuciẽtiam
faciunt. Similiter dici de iis equidem poteſt: qui
naui feruntur quo nullus eſt terreſtris acceſſus:
et ad funem portus latiſſimorum fluminum tra
nant: cæteriſque itidem multis: quæ negata pror
ſus ſunt homini: niſi externis quatenus ſubnita
tur auxiliis: unde quantum ipſe reor illud eſt di
Nota. ctum in pſalmis in lumine tuo uidebimus lumẽ.
Noxque ſicut dies illuminabitur / et ſicut tene/

bræ eius: ita et lumen eius. Dum itaq; has luteas domos habitamus inferius/mediaq; tanquã sub nocte uitam agimus in obscuris ceu uiatores per agramus incognita. In patriam uero: municipiũ que cæleste: unde decerpti sumus: translati: ciues que sanctorum / ac domestici dei effecti: æterna tunc illa serenitate lustrabimur: et comprehen/ sores erimus ueritatis: neque specillis illis: ut an tediximus: adiunctis: sed per nos ipsos rem in se ipsa diuinam sicuti est conspicabimur. Quam / obrem noster iam Paulus impertita ei huiusmo di luce dum fuit in raptu / diuinam quidem ma iestatem / et inscrutabilia illa arcana cælestia tan / quam collucentibus illi quibusdam undiq; faci bus perspexit. collibauit. ac tenuit: cui corpori reddito tanti luminis faces protinus extinctæ fue re: et quæ uiderat / funditus ita deleta: ut et no/ scendi / et de iis fandi dum uitam traxit inter hu mana: impos semper extiterit. Quæ res sane: ut clarius atque tenacius animis hæreat: fabulabor parũper medio ueluti circo harena ue spectan/ dus: non lasciue ut Apuleius in Asino: sed can / dide: ut castis auribus uestris par sane est. Duca tur in Circum uel equus / uel Camellus uel

Nota.

Nota.

Similitu/ do.

elephantus. Deus autem: cui nihil est factu non facile: horum unum mutet in hominem. aut cõ/tra homo ipse/ut Nabucdonosor quondam/uer tatur in bouem. aut Atheon ut olim puer fabu/lose legebam in ceruum. inque suum pauonem Pythagoras. de quibus tamen fabellis non sit ul terius inanis cuntatio. Sed qui a deo factus est in hominem sit elephantus: Porro cum naturã et dignitatem humanam acceperit: tum usu ra/tionis fruetur: tum et loquetur quidem: et ratio/cinabitur: et discurret. et componet. ac diuidet. Quin et præsentia admirabitur. futura præcogi/tabit. præterita seruabit: et quod est dignius: cre atorem etiam deum agnoscet. colet. atque uere/bitur. demumque ea plura: quæ communia cui que sunt: qui uerus sit homo complebit. Postea uero q̃ in his: quæ memoraui: tempus aliquod munere perfunctus erit humano: qui et mutare/ et subiicere sibi omnia potest deus hunc ipsum rursus in elephanti speciem/naturamque re/ponat. Redditum ne ita sibi hoc mutum com/minisci/aut eloqui de humanis: in quibus fuei rat: poterit? Nihil per omnium fidem minus oĩ/no. Conclusa igitur/et absoluta: ut mihi uidet̃:

omnis est ratio/cur patefacere Paulus arcana cæ
lestia in carne non potuit: quæ per mutuatam il
li gloriæ lucem spiritu animoq; perceperat: lucē i
quā non quæ perennis esset/ atq; perfecta/ et qua
li beatissimæ in cœlo animæ exutæ corporibus si/
ne intermora fruuntur: sed non nisi manentem
eo pro tempore: quo exarmatus quodāmodo fu
it a corpore. Quare si hæc enarrata đ raptu Pau
li/ sunt hactenus satis: cursum ad sapientiam de/
nuo/ uelaq; flectamus: et nun Paulus/ et qui eius
sunt similes: doctrinæ plenissimi: et uirtute / san/
ctitateq; p̄clari habendi sint sapientes/ nec ne qs/
piam uestrum edoceat: et id quidem tā hilariter:
q̄ et ego prompte imperata subiui. Ad quem
ego Nō te Alberte frustra desyderauimus. Expo MATT.
sitam enim tā exacte. splendideq;/ et rationibus/
atq; figuris enarratam Pauli uisionem nobis re/
liquisti: ut a tuo fonte dulcissimo incēsa sitis ma
gis nobis equidem sit: q̄ certe sædata. Verū mox ALBER.
ille ut tu Matthæe dicas. nō uero alios incites oi/
um expectatio/ auiditasq; moratur: qui plerisq;
nostrum ad hæc sane studia modo ducē / modo
comitem/ modo et auxiliatorem te sæpe adhibui
sti: et qui admodum præstas facilitate ex longo
usu dicendi. Quæ ad uerba ego o Alberte inquā MATT.

(mihi credito) ita uos admiror omnis / et uene ror: tanta et charitate complector: ut cum uos di centes exaudio: totum liniri ad pedes usque me sentiam: nedum oblectari quidem: a quibus pla / ne: ut in cætetis potioribus: ita in eloquio etiam me uideo superari. qui et in iunioribꝫ uobis me solor sæpe uehementer ꝙ quãtum senex ip̄e pau latim exinaniri me sentio: tantum fœlices ip̄i sut gatis. Quare ne me priues oro tãto isto solatio: qui uel tamen fortasse experiar quæ dicta et di / sputata a uobis erunt posteritati transmittere: si mihi tantum auxiliatus dominus fuerit: quantũ res ipsa poposcerit. Sed neqꝫ desinã etiam quin colloquar alio: si oportuerit loco: aut id mihi suggesserit incitatio spiritus. Tu tamen interim a re cœpta noli Alberte decedere: quod mecũ om nes cũ asseuerarẽt Cælsus præsertĩ: ille perexit his uerbis. Quæ multa Morandus acute est prose / cutus / confutanda mihi forent diligenter impri mis: si tam ex animo / et conscientia ea ab eo di cta: q̃: cum oblectandi: tum periclitandi inge nii causa existimarem. Quod ita fuisse aperte iã uideo: cũ sublubrico ocello / oreqꝫ uenusto sub rideat. Sanari faciliter uulnera: et quas irroga / uit sciẽtiæ / et sapiẽtiæ extergi calumniæ queũt.

ALBE.

neque cauterium / neque nitrum est admouen/dum. Læsio summa cute / et summo clipeo definitionis extenditur. saluum est caput. saluaq; præcordia. Si ab humanis cognitio / et sapiẽtia tollitur: necesse est ab homine humanitas tolli: et si nemo sapiẽs: simus pecudes omnes. Immo uero nihil tam proprium / tamq; cognatum homini: q̃ quidem sapientia / atq; doctrina. Siquidẽ natura omnes: ut late ab Aristotele patet: scire desyderant: sentimusq; eam affectõnem in nobis omnes: quam luculentissime in officiis. M. Tullius expressit Omnes enim trahimur ad cognitionem / et scientiæ cupiditatem: in qua excellere pulchrum putamus. Labi autem. errare. nescire. decipi. et malũ et turpe dicimus. Illud quoque apud Satyrum est Nosse uolũt omnes: mercedem soluere nemo: unde quidem ignoratio insipientiaq; profunda nõ certe hominis / sed bouis est: quoniam homo nullo quidem modo ĩ alio magis: q̃ in hoc differt a bruto. Comple per aliud quippiam / si iam potes: hominis numeros / uim atq; naturam. Appende subtilius. calculaque ad minimum / si cognitionem ab eo / disciplinam / sapientiamque detraxeris: Nota.

ſurget in forme cõtinuo mõſtrum: et tanq̃ euul
ſis a ſtirpe radicibus interibit humanitas : nobiſ
que licebit deum prope conuincere : qui deluſe-
rit homines / atq; fefellerit in pſalmo pollicitus ĩ
tellectum tibi dabo. et inſtruam te i uia hac: qua
gradieris. Firmabo ſuper te oculos meos. Noli
te fieri ſicut equus et mulus: quibus non eſt ítel-
lectus. Sed hæc intellectus pollicitatio quid quæ
ſo aliud dici poteſt: q̃ lumen ſapientiæ. ſacrariũ
teatrũq; doctrinæ: aut per ſapientiam ad æternã
gloriam uia: quæ aut profecto nuſq̃: aut in ho-
mine habitet eſt neceſſe: cum nullum præter ho-
minem animal uel ornare/ uel adiuuare ſapiẽtia
Nota. poſſit. Quid deniq; nobis erit imaginis/ſimilitu
diniſq; cũ deo: ſi cognitio/ et ſapiẽtia ab homine
omnino ſit relegata: niſi ex diis unum atq; numi
nibus accepimus: quæ ægyptii inſania capti colu
ere et quæ iocatus Iuuenalis progenita profanis
eorum dixit in hortis. Sed noſtra non ita inſani
unt tempora: ut ex metallo cochodrillus / aut ex
Tarſo lapide Hibis / aut quoduis aliud portẽtũ
ex argento / uel auro erigatur in deum: ſed unus
ubiq; ſup̃mus: uerus cæli teræq; effector excolit
deus: et ſi in trinitate perſonarũ / aliiſq; permul
tis: quæ colligũtur niſi per prædicationẽ / et fidẽ

oberrent q̄plurimi. Deniq̄ iam ferme intelligūt omnes/ et profitentur affatim diuinitatis ꝑticipationem / atq̄ indolem quandã animis hominū/ oculis/ oribusq̄ insignitam/ atq̄ insculptam: qđ minime existimare nisi innato/ et insito quodã adminiculo cognitionis / et sapientiæ possent. Sapere igitur et intelligere est homini propriū: nō omnia: quod singularis ē dei: sed quantum ipsa mortalitas capit: quod his uerbis ad Romanos Apostolus sapienter expressit. Quod notum est dei manifestum ē in illis. Deus enim se manifestauit. Inuisibilia enim dei per ea: quæ facta sūt: intellecta conspiciūtur: sempiterna quoq̄ uirtus eius/ atq̄ diuinitas. Non ꝑtereamus et illud quæ causa tanta extitit illi maximo et ꝑpotenti deo. imo quæ tam immensa/ et auida charitas coniugandi sibi hominis/ præbendiq̄ se illi uisibilem atq̄ affinem: qui si non est præditus sapiētia : nihil ē alienus a brutis. ut enim unio ista potuit inter tam disparia/ absimiliaq̄ conflari ?ut cœnum fuluo cōmisceri auro? ut sordida ipfectaq̄ bælua numini? Sed quoniã ita quidē erat / ut primum/ et absolutissimum hominis munus nosse/ et sapere esset/ et diuina etiam delibare pro modulo: idcirco aggregauit illum sibi deus / et perpetuo ui/ Nota. Nota. Nota. No.

culo nexuit: a quo pro captu sapiẽtiæ / et agnitio nis humanæ et agnosci / et coli utique posset: qui et cum uerus eius cultor esset effectus: inde bea tus emergeret. Et quoniã duplici quoq; natura complexus / et tãq̃ fabrefactus utique ẽ / altera spi rituali / intellectuque nobilitata: altera crassa / ac moribunda: assumpsit utrãque: ut in eum contẽ plans: qui ẽ uerus / et integer in utraque natura / binaque substantia deus et homo / intus et foris posset humanitas nostra tota beari. Quæ tanta fœlicitas nõ obuenisset homini tamẽ: nisi p ulti mam profecto iusticiã statuisset deus post Adæ peccatum generi humano succurrere Huc illud spectat quod ab exultantissima decantatur eccle sia. O certe necessarium Adæ peccatum: qđ xp̃i morte deletur. O fœlix culpa: quæ talem / ac tãtũ meruit redemptorem. Sed ne pluribus: q̃ quidẽ oporteat uerbis hoc pulcherrimi ocii cõteramus: definitionẽ tãdẽ ipsam explicemus: ĩ quo totius rei sũma / cardoq; uersat̃: quoniã si recte sumat̃: statim fiet animus certitudinis plenus / atq; cõstã tiæ. Sit sapientia igitur diuinarũ humanarũq; re rũ: ut sæpe ac uere habitum est certa cognitio: et is sapiẽs: q eius habitu ita p̃ditus ẽ: ut diuina / hu manaq; cognoscat q̃tũ est mediocriter capax fa

cultas humana/et qualiter ab iis:q adhuc agunt in corpore: arripi possunt:non uero qualiter nemo ē assecutus/aut assequetur:ut cēset Andreas Definitione ita constituta nihil comodius super est adinueniēdæ ueritatis rationē:q̄ ut sapiētiam mō distinguamus ne pplexe diutius/ambigueq; uagemur: Quæ triplex compta mihi sane uidet̄. Imprimis ea:quæ infinita/et æternigenita ē: qđ Dei uerbū etiam dici rectissime potest:per quā cōdidit sæcula deus et condita omnia tuetur/ac moderatur: Altera:quā angeli dei et fœliciū animæ alleuiatæ corporibus in cælestibus captāt: ad quas hōines non pertingunt in uita:nisi gratia/atque miraculo. Tertia illa deniq; ē:et quā modo quærimus:quæ inter homines obuersatur/naturæ magistra/atq; adiutrix :quam pro mensura occulta cuiusq;/Deus impertit hominibus : quē admodum inquit Apostolus. Alii quidē per spiritum datur sermo sapientiæ. Alii autem sermo scientiæ secundum eundem spiritū. At uero quæ Dei/et quæ cælestium est:ad nostros lares/focos/q;:ut diximus rara descendit : Siquidem nihil inter cælum/terrasque distantius. Nam si hæc schola quæ aperta est deorsum hominibus : per se æterna / diuinaque comprehenderet : Nota.

iam essent homines certe beati: Quod quia fieri hic minime potest: miseratus nostram deus tandem inopiam/et cæcitatem: uenit ipse in terram ad homines in humãitate uisibili ceu lux fulgorque cælestis: qui ab oculis tanq̃ pulsa caligine/fidei omnes lumine collustraret/et per omniũ uirtutũ exẽpla: quæ præbuit: patefaceret nobis iter in cælum. Quam uero humanam ẽẽ docuimus: neq; expleta suis partibus omnibus colligitur facile/ad illam iri impediẽte ignauia/aut detorquẽte malicia: ut morandus ipse ante disseruit: Sed

Nota.

tantum quisq; haurit: quãtum se promit uel bo/nitas/uel ardor humanus: aut perfusus deo se superat: cuius p̃sertim hoc inter cætera maximum sapientiæ donum ẽ: nec ad nos aliter descẽdit: q̃ cæterarum excellentiũ caterua uirtutũ: quarũ tãta est præciositas/et in exhauribus quidẽ magni/tudo atq; sublimitas: ut ad earum habitum quãtũcũq; processerit etiã studiosissimus quisq;: nũq̃ tamen sic proxime accedet: quin adhuc supersit ad quod magis ac magis ille semper anhelet.

Nota.

Quam sane ob rem: si ad sapientiæ uiscera/intimasq; medulas penetrare haud satis ualide pos/sumus: at sũmam nihilominus cutẽ/squamasq; pulsa omni desidia lambere desuper ãnitamur:

Quod etiam ipſum ita exiguum mihi plane ſu/
perare uidetur quicquid ſibi proponit/ut ſplendi
dum /atq; magnificum ambicioſa hominum/cæ
caq; ſtulticia.dico opes.libidies.honores.dignita
tes.et qđ magis ſtupet uulgi error.mitras. pile/
os.coronas.ſceptra.Quid enim tã omnino inter
ſe ſe contrarium / atque repugnans:q̃ ſapientia/ Nota.
atq; inſipientia/ratioq; et furor:cum alterum:ut
eſt ſæpe iam dictum hominum/alterum propriũ
ſit bæluarum?Qui itaq; ſapientiam tollũt:uirtu Nota.
teſ omnes :quæ ſola a ſapientia: tum oriuntur:
tum diriguntur:uel ab humanis relegant:uel ꝓr
ſus interimunt.Quin etiam non minus fluctua/ Nota.
bit omni in uita gerenda ſemꝑ ſine ſapientia qſ
que:q̃ ſine ſidere et gubernaculo nauigãs.Recte
igitur conſuluiſſe Lactantius mihi uidetur:ut et No.
te ſcire ꝺia nullo qdẽ modo putes:quod Dei ſo
lius eſt:neq; oia ignorare:quod ueruecis/et pecu
dis ſimiliter eſt.Haberi uero tertium qddã: qđ
propriũ uere ſit hominis : ſcientiã cum ignorati
one turbatã/atq; cõmixtam. In quo nõ tam So/
crates:q̃ Pythagoras iure laudãdus:cum ille ſciẽ
tiam omnem prorſus euerterit:hic uerecũdius ſẽ
tiés/atq; cõſultius ſe cõquiſitorẽ/amatorẽq; ſapiẽ
tiæ faſſus ingenuo et moderato animo ſit.q quo

minus ſapientem oſtẽtandũ ſe putauit: ſed æmu latorem ſapiẽtiæ tantum ne natus beſtia uidere tur eo magis ſapiẽtis nomen emeruit. Satis ita que conſtat ſapientiã ſcientiãque: quas expetit et noctes atq; dies inueſtigat et querit humana cupiditas naturaliſq; ſolertia: duas quidem habe re partes. Vnam ita profundam et in ſe recondi tam: ut arripere illam humano neq; ſtudio neq; diligentia poſſit aliquis: niſi cæleſtis aut niſi cer te quantum ad eum indulgentia largitateq; di uina deſcẽderit. Alteram non ſuper hominem: ſed cõmunem et patulam: ſe ſeq; omnibus exhi bentem: de qua ueluti de re noſtra et ea ſane op tima atq; præcipua ſtudioſius atq; ſacratius: q̃ de altera quauis ſemper iis eſt cogitandum: qui ui tam agunt e ratione atq; uirtute: quæ deniq; o mni uel loco uel tempore eiſdem uoluti dux at que magiſtra: quam ſequantur: ante oculos eſt ſtatuenda: inq; primis bonis collocanda. Nam ut ultimum et peſſimum quidem malum inſipi entia: atq; ſtulticia ẽ: ſic ſapientia contra primũ extat et maximum bonum homini a diuina lar gitate porrectum: cuius quidem rei hæc una et inconcuſſa ratio ẽ q huius munus atq; nobili tas: ut ẽ ſæpe memoratum: imprimis habet diui

Duplex ſapiẽtia.

Nota.

Nota.

na humanaq; cognoſcere. deinde ut tuẽda ea co lẽdaq; ſint edocere. Tertiam uero laudem ꝙ ſo la nunq̃ incedit: ſed poſt eam/tãq̃ pulcherrimũ poſt uexillum pediſequarum comeat frequẽs tur ba/ ordoq; uirtutum. Iuſticiam dico. temperãti am. charitatem. patientiam. pietatem. religionẽ. caſtitatem. ueritatem: et a qua e contrario diffu git libido. inſolentia. temeritas. ignorantia. ſtul titia. peruerſitas. auaricia. ira. proditio. et cæte ræ animorum peſtes: quæ quibus inhærent: agũt præcipites in furorem cæcum/et miſerandum in teritum. Paulum itaq; noſtrum: de quo habita multa iucũde: ut ueſtra ex intentiõe: et opa: quã patientiſſime mihi dediſtis: ſum uiſus uidere: ſẽ per ego patres ſupra: nedum inter ſapientes col locabo/ac uenerabor: et cum illo cæteros: quos ꝓ pter admirabilem uitæ ſanctitatem/ præcellẽtẽq; doctrinam catholica mater eccleſia inter ſanctos fœliciſſimoſque cæleſtes gratiſſima rettulit/diui niſque honoribus decorauit. Secundo autem ho nore eos habebo: qui aut hos attingere/aut imi tari quanta ui poſſunt contendunt/atque deſu dãt. Qđ: ut et ipẽ ꝑſtare uobiſcũ Patres deniq; poſſim o mihi aſpiret et faueat æterna et prima.

et ſubſtantialis in trinitate ſapientia Chriſtus: uoſque id mihi fraterna dilectione precamini.

CAELS. Tum Cælſus his ita decurſis / ut feſſi nocturna uigilia / matutiniſq; obſequiis: et euocati iã tinti nabulo ad aliquãtulum quietis abiremus edixit: et reliqua ut ſcrutaremur in craſtinum eſt cohor tatus. Quare collatione dimiſſa / q̃ uenerat quiſ que diſceſſit alacrior.

FINIT.

DISPVTATIO. PRI M A.

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CA
NONICI REGVLARIS AD SEVERI
NVM CALCHVM CONCANO
NICVM ERVDITVM ET
VENERANDVM DE
INSTITVEN
DO.
SAPIENTIA ANIMO
SECVNDVS INCIPIT LIBER.
ARGVMENTVM.

Oc libro ſecũdo earum rerum:de ꝗbus crebra refricatio / collocutioque ſuſcipitur:fructus primũ exprimitur.Item gra/dus ad arcẽ ſapiẽtiæ primus ſãctus ẽẽ Dei timor oſtẽditur:Quo q uere ꝑditus eſt:contra aduerſa omnia eſt ſemper infractus: Qui caret:in ruinã ſemper eſt pronus / ac ꝑceps.

e

Adem poſtridie hora:eodẽq; : unde diſceſſimus loco pulcherrime rurſus noſter iſtauratus ẽ cœtus:ubi præter adoleſcẽtiores quoſdam muſicis magis: q̃ litteris aptos:cæteri: iter quos pridie cõuenerat:affuere:quorũ nemo ad conſe/dendum mouebatur : neq; inuitabatur a ſocio

adeo exultantis naturæ opus / amorq; uagandi in girum placidissimi undique situs / admirandi que prospectus cuiusq; oculos irretiebat / men/tesque tenebat: donec ipse confessiones et reddi tum ad ea: quæ intermissa fuerant disputanda

MATT. hunc in modum / et uerba suasi. Vos ego patres pridiana congressione illectos: quæ præclara / et iucundissima omnibus extitit: produsse huc hodie puto / atque auidius fortasse: q̄ heri propter incensam cupiditatem sciendi / et proficiendi uestram: in qua honesta / fœlicique dulcedine cō sumptum a uobis omne ē tempus assidue: quod diuinas post cerimonias: et cætera egregia munera: sine quibus religiosa uita non ducitur: studiis uobis licuit impertiri. et consilio id quidem / ra/

Nota. tioneque æquissima. Nam bonitas ipsa ingenii / et præstans / uariaq; doctrina non exiguo labo/re / peruigiliisq; quæsita sine exercitatione / aui ditateq; / uel discendi quæ nescimus / uel traden di alteri quæ cognoscimus: quid porro adiuuat? dum in nullam uelut sepulta se profert / aut cō/munem utilitatem / aut suum cōmodum? aut ho

Nota. nestam etiam laudem? Non fragrant suauia nisi attrectata / agitataq; pigmenta: Nihil et prodest conditū / cū ualet iuuare: non eruere / et exercere

thesaurum. Sed neq; ignis: quo nihil uigentius: dum occultus cinere pressusq; iacet: in usum ullum erumpit ardoremq; flauescit. Ita litterarum studia omnia. ita Organa. ita Tybiæ. ita Bussi. ita Lyræ. ita quicquid singulis in opificiis et artibus habetur excellens sine cõmemoratione / actitationeq; confestim abuolat: aut certe lãguescit. unde uerum est: quod nunc occurrit mihi prouerbium. Dum nõ agis: dediscis. Quo circa quærere. rogare. interpellare: disputare. deq; re litteraria omni crebro conferre optimæ frugis ingenia probaui magnopere semper / nostrosque ut facerẽt homines incitaui. unde Anaxagoras plane uisus ẽ mihi dignus iure qui saperet: et sæculorum memoria omniũ laudatissimus uiueret: qui cum in re difficillima quapiam hæsitabundus / attractusque subsisteret: et obitus filii nunciaretur interim illi: dissimulauit audire: ne filii desyderio forte permotus a re quæsita / et fructu: quem sperauerat: animum et intentionem auerteret. Quãtũ et admirabilior hac in laude prima philosophorũ gloria Socrates? q in cõspectu mortẽ habẽs ueneno iam illi porrecto / ad ultimũ usq; alitũ de aĩmorũ ĩmortalitate disseruit iter amicos atque discipulos. Occurrit et mihi par ꝑconiũ

Nota.

Anaxagoras.

Socrates.

Cato Portius. meritus Portius Cato: qui prope senex latinas litteras: græcas uero iam senex perdidicit: et quæ interdiu legisset: audissetq; cognitu digna uespere refricabat. Hæc ego præluserim primo isto cõsessu: ut alacriores ineatis hunc campum, pedẽq; iã pferat aliquis diuino fretus auxilio, atq; his animatus exemplis. Sic me locuto sublætiores cæteri facti abrumpere cœpere silentia urbanis cũ iocis, ac lepidis. sed signo dato silendi, meum in germanum Io. Philippũ protinus Cælsus defixit intuitum, et quoniam Martem pridie ante omnes exciuerat: sic ut faceret modo est uehementer annixus.

CAELS.

IO.PHI. Ad quem germanus tibi inquit o Cælse: qui es inter nos maior: clarescq; doctrina pcipua: hæc imprimis res cõuenit. Heri quasi ex tempore negocium coepit. hodie cõsulto: tuoq; auspicio pergat. Itaq; omnem rũpe tu moram: quod ne tardes expetere in te conuersi uidemur omnes. At uero primam irruptionem utroq; detrectante, bonã reliqui deprecati sũt ueniam: si quod seniores recusarent: ipsi neq; præsumerent. Verũ enim uero dũ cætus per modestiã ita subsisteret:

ANDR. en inquit Andreas Aptissime successura res ista mihi plane uidetur: si, ut solemus, i deliberãdis i pẽdentib⁹ reb⁹ a Seniore đ quo quærať, ppositũ

aliquid sit: et ex ordine/atq; ætate gradatim cæteri probent/uel improbent quæ maluerint singulatim. Tum Valerius probās quod Andreas sua serat: fore inquit operepreciū equidem reor/hortorq; ut fiat: si res/ut mihi: æque grata ē patribꝰ uobis: ut quæ officia/et quæ partes sint sapientis/ non qualis adhuc nemo illuxit sæculis: sed certe cōmunis/et mediæ illius sapientiæ: quæ cadit in homine: et de qua abūde heri collocuti fuimus: enodatius disserat. Cui Cælsus equidem uelim: qui istuc petisti ualeri: quot/qualesq; partes: in q̄bus diuidatur sapiētia: tu esse itelligis/nobis aperias. duas ne illas ex definitiōe notissimas: an trifariā illam uelis partitionem sequi: cuius caput primum deum spectat. Alterum cælestes. Tertiū deniq; mortalium esse ē enarratū: an plures fortasse cōstituas. Acerrimo ex tuo ingenio/atq; peritia tu ista discernito Cælse ille respondit: q̄ siue duabus/siue etiā pluribus partibus rem ipsam distribuas: erit nihilominus: ut auguror: explicatio perutilis tua. Ad quæ deniq; Cælsus effingenda mihi ē inquit sublimis aliqua dignitas/et spectabile specimen/ceu imago/et sapientiæ signū: cui ita formato/ac constituto/ornamenta/ cōdiciōes que nōnullæ: q̄ diuisiones magis cōuenire mihi

VALER.

CAELS.

VALER.

CAELS.

plane uidentur. Q᷑ si Dauid et Solomoni Regum alteri imprimis sanctissimo. alteri prudẽtissimo credimus: illi primum dandus erit comes: initiũq; et ornamentum sanctus domini timor: sine quo custode fidissimoq; tutore nusq̃ hæc omnino habitat uirtus neq; uenit ad queq̃: quoniã ẽ hic timor ueniẽdi principiũ. Neq; enim in hominẽ eo modo se sapientia ingerit: quo putauerunt ipsi Philosophi. nõ ita plane, ut is uere Sapiens unq̃: qui posse ex seipso sapere duxerit: et a deo sapientiã nõ quæsierit: cuius unius hoc certe bonum ẽ: a quo profecto sunt bona maxĩa et optima cætera. Qui super quem inquit requiescit spiritus meus: nisi super humilẽ et quietũ et trementem uerba mea? Et perdam sapientiam sapientum: et prudentiam prudẽtum reprobabo: ad quæ et Apostolus adiicit sapientia mũdi huius stulticia ẽ apud deum. Vulgare igitur inuẽtum appellanda sapientia minime fuerit: sed cæleste. sed diuinum. sed et sanctissimum utiq; donum: quod ad illum nisi delabitur: cui timenti humiliterq; de se putanti Deus illud ad uitam et pietatem afflauerit. Quæ gratia tanta quoties a Deo ad nos gratuito descẽdit inter septẽ illa dona: quæ sancto diuinoq; spiritui sunt attributa:

Nota.

Nota.

Quando donum

nomen equidem capit : Sin uero ſtudio poti us . ac labore ſit parta: ſola gaudet nuncupatio ne uirtutis. Quantum igitur ego perſpicio. quã tum et legens aſſequor iſto timore nihil eſt acce ptius deo . nihil et homini futuro ſapienti commodius: quem optauerim non meticuloſum / ſer uilemq́ duntaxat: Verum ingenuũ. caſtum. legi timũ: et omnino a charitate / humilitateq́ deduc tum. Nã pœnam metuere et nõ amare iuſticiam eo ipſo in culpa ẽ / ꝙ ſic nullo modo diſcedit a ui cio: cui manet ſemper obnoxius quiſqs ſolo me tu a re turpi nefariaq́ tenetur / quãdo hoc ſcili cet peccat / ꝙ peccare mallet: q̃ abſtinere : ſi poſ ſet ĩpune peccare. Neq́ accipi aliter omnino po teſt locus ille Ioãnis: quẽ ſæpe habemus in ore: Charitaſ foras pellit timorem / quoniam pœnam timor habet: et quod etiam ſine chriſtiana qui dem luce duo illi Poetæ : quos pubeſcentes audiebamus : expreſſiſſe mihi uidentur . Alter his uerbis Res eſt ſolliciti plena timoris amor . Alter oderunt peccare boni uirtutis amore . Oderunt peccare mali formidine pœnæ . Sed : quod facile poſſumus: utrũque illuſtretur exem plis . Duo exhibeantur in medium Ciuita tum Domini . Legitimus unus / moribus /

Quando uirtus.

Nota.

Duplex timor.

Ouidius.

Oratius.

Aptiſſima Similitudo.

uirtutibusq; clarissimus: qui suis se subditis præ stet ciuilem. liberalem. et cōmodum. ad se nulli aditum prohibēs/miseris maxime/oppressisq; po tentia/aut lacessitis iniuria: et qui primus quoq; iustis utatur legibus. curetq; præ omnibus sape re/prudentiaq; præcellere: cui desit deniq; nihil: quod pertineat ad principatus dignitatem/et ui ri optimi laudem. Alterum effingite huic pror sus absimilem: qui nouus ab īferis emerserit Ne ro/aut Phalaris/aut uero Mezentius aut si quis peior putatus ē unq̄: quæ sæuissima bestia/ne q dem homo suorum ciuium opes/et sanguinem hauriat. domos incestet. omnia cruētet et laniet: quem odio etiam ipsa natura: nedum ciues: me rito habeat. Vtriq; sic subditi ciues et populi su is istis: quos diximus: Regibus/et dominis parēt: Sed animis/studiisq; longe disparibus. Nam pes simum illum per metum/atq; odium audiunt: dira illi omnia imp̄cantes/ac suspirantes mala: et in eum quas possunt insidias ītendentes/uene nisq; studentes: ut nudo nec latere nec corpore quoque non loricato: sineque Stipatorum agmi ne tanq̄ publicus quidem hostis prodire exhibe reque se audeat. Alterum uero studiosum/et mi tem atque omnium ueluti patrem studio charita

tis/atq; pudoris obſeruant. uenerantur. ac colūt: qui ut uiuat fortunatiſſimus / ac ſupra ualitudinem omnem incolumis præcibus quiſq; uotis/lachrymiſq; precatur. Qui idem tandem cum extremis uitæ concedit: orbatiſ ciuibus tale poſtremi amoris deſyderium de ſe relinquit ut illud ſolatia longa uix nulla poſſint extinguere. Vtrūq; p̄ſenti ætate ita oculis omnium latiſſime patuit: ut opus non ſit antiquitatis exempla hiſtoriarū monimentis comprehenſa/referre: niſi memoratu illud et laude diuina dignum ſit: quod nunc meminit/et inſpexit omnis Italia immaniū Tyrānorū alios miſerabilit̄ interemptos. alios patria pulſos / alios grauiſſimo bello attritos/ac deneruatos. alios iam uictores et inſolenter elatos / retroflante fortuna diro bello trucidatos/repulſos/et captos ita turgida deus cum tempus eſt frangit et reddit inania. ſed ut ad timores: de quibus agitur redeamus. Horum itaq; populorum filialis unus. Zelotypus. et ſanctus eſt timor. Alter ſeruilis. coactus. maleq; uolētiſſimus. Amor primū ſerit/atq; ingenerat. Pœna alterum parit/et horret cum peperit. Sed age Quæ explicata de timoribus ita iam ſunt ad deum noſtrum trāſferamus qui in tota certe natura primum extat / atq; ulti Nota.

mum bonum: et a quo quicquid cætera habēt in ſe boni decerpſerūt prorſus ac delibarūt. Peruerſitatem dico / et ſcelus equidem eſſe quoties illū ſeruiliter metuamus: quod non grati ſane hominis / rationiſq; utentis eſſe poteſt: ſed inertis mācipii / iumentiq; miſerrimi: q ſine fuſte / et ſtimulo non ſe agit ad greſſum. Etenim timor ille ſanctus: et eius: quam querimus: ſapientiæ caput noſ non tam cogit metuere ſupplicia irroganda peccantibus: et potentiſſimam ultoris dei manū exhorreſcere: q̄ ne iuſti / et pii animi officiū deſeramus: et patrem illum deum / ac dominum: qui ē ſupra omnem bonitatem optimus: ſupra omnē ſanctitatem ſanctiſſimus. ſupra omnem pulchritudinem pulcherrimus. ſupra uirtutem omnem potentiſſimus. et ſupra deniq; ſapiētiam uniuerſam ſolus ſapientiſſimus: offendamus: Quo grauiſſimo ſcelere excidamus a gratia / et æterno illo impermutabiliq; bono amiſſo cum reprobis angelis perpetuam dedamur in mortem. Quiquis igitur timore iſto: qui pius et ſanctus eſt uere erit affectus: ſapientiam illam beatam: de qua ſermo nunc ē: non comparabit ſibi modo: uerum neq; ab eo unq̄ aberit afflatus ſpiritus ſancti: cuius donum magnum / ac fœliciſſimum hic timor equi

Optimus timor.

Timor in Chriſto.

dem est. cuius etiam nec indigne anima beatissima Christi repleta ineffabiliter fuit: et alma / ac splendidissima illius Mater / quemadmodum de Christo Esaias. De uirgine uero Gabriel ante ꝑ dixerāt. Præterire neq; possum quātum sane roboris / ac fortitudinis uirtuti humanæ afferat hic uerus et candidus timor. impeccabilis. incōcussibilis. inexpugnabilis penitus est / ac per aduersa / et blāda æqualis sibi / ac semper inuictus: ut qui deum timuerit: iam terrores / pœnasq; uniuersas nō metuat. nullis illecebris ab officio / iusticiaq; discedat. Proponātur opes. dignitates. libidines. honores. potentia. et quicquid blanditur inter humana. Proferantur dira æque / ac terribilia omnia: et quæ tam excogitari: q̄ inueniri possūt indigna. Colluctentur cum sacro / fœliciq; isto timore: Illa blanda pelliciant. hæc dira exterreant. hic unus timor infractus uel omnia mittet sub iugum / et triumphum aget: uel coget exibilata facessere ipso regnante ita leuia / atque infirma contra eum sunt quæ produximus: cum blandientia: tum absterrentia: quæ imminere possunt uniuersa: quod probare tam fauentis facilitatis et copiæ utiq; est: ut nulla iam res

Timor inuictus.

Nota.

sit/uel minus obscura/uel magis certe probabilis/ nihilq; agnoscat in rebus:qui hoc non agnoue rit.Spectata est enim ueritas ista oculis ipsis orbe iam toto q̃diu in martyres sanctos tyrãnorũ fu ror incanduit:Nam enumerare pro christo neca tos impauide / prope infinitatis:ne quidem mul titudinis est.Non ita per id temporis ferarum be stiarum lanistæ frequentes fuerũt : ut imanes in animas christianorum carnifices :nõ tam in cõ pitis cruenta macella:q̃ execrabiles aulæ/et carni ficinæ sæuientium Imperatorum / ac præsidum: de quibus riuorum instar beati inundationes sã guinis / ipsis etiam stupentibus impietatis mini stris erupere effusissime.Quis recensebit pro te optime Iesu obtrũcatos gladio?conto traiectos? stilis terebratos?membratim sectos ? fluminibus mersos?igni crematos?bestiis proiectos? passillis suffixos?equis disserptos?bigis raptatos ?rotis in textos?cruce distentos?Taceo carceres.taceo uin cula.torturas flagella .squalores.tenebras.et hu iusmodi cætera tormentorum atq; nequitiæ ma chinamenta:quorum uix genera/ nedum singu lorum q̃dem nomina potuit quisq̃ satis explica re unq̃: Visunt adhuc specus:et tumbæ beatorũ corporũ plenæ/et suaue olẽtia ossa. uisuntur et

No.

innumera ea loca: quæ palmæ/et martyrum pu
tei nuncupantur/uenerationiq; habẽtur. Visun
tur/templisq; sacrãtur: quæ seruari ueternosa po
tuere tantæ crudelitatis/et necis instrumenta/ cõ
pedes/manicæ/cathenæ. põdera. pectines: crates.
cæteraq; id genus infanda / ac perhorrẽda. Quæ
fabricamenta dolorum/atq; nequitiæ loq si pos
sent. inclamitarent se uicta a beato illo timore:
qui ne deum læderet: perpessus hæc omnia /com
meruit nulla posse sæuicia lædi: uimq; eam diui
nam accipere: quam nobis dauid pollicet̃ i psal
mis. Misericordia autem domini ab æterno et us
que in æternum super timẽtes eum: et tãto inter
dolores et lachrymas leuari solatio: ut acerbitatẽ
mœroris/et pœnæ dulcedo diuini timoris euince
ret: de quo etiam uerum est illud sanctis in litte
ris timor domini sicut paradisus benedictionis.
Et timẽti deum non occurrent mala: sed in quas
satione Deus illum liberabit: cuius rei pleni quo
niã sunt sacri sermones: ut facta ante oculos qua
si teneamus: et p se res ipsa loquatur: prolixiorẽ
cõmemorationem omitto/atq; ꝑtereo. Et enim
cui obscurum ẽẽ potest: quẽ lædere culpa grauis
sima est: ne lædatur magis esse curandum/atq; ti
mendũ: q̃ cuius ẽ læsio leuior/uiq; naturæ effici

Nota.

cũ potiora timueris si fiat cõparatio inter utraq;: uiliora ne timeas:aut eorum timorem:si urgens et improbus incesserit:uincas facile tamen / atq; suppedites? Hæc enim ita cum sint:quæso ut in seri in cuiuspiam animo sapiẽtia poterit:qui uel ingratus et arrogans/uel delirus et uesanus maie statis diuinæ sublimitatem in genus hominum ita piam.ita beneficam.ita et in se ipsa mirabilẽ non uereatur/et paueat?cuius beneficio primum in lucem æditus.spirat.cognoscit.sapit. ĩtelligit. diuinitatemq; participat? Quod si quis rationa lem se dememinit.si frontem/ ruborẽq;.omnem prostituit:cum dedecore moneatur a brutis. Nã Tigris.Leenaq;:quibus inter feras nihil imma nius:si in manu hominum uenerint: a quibus aluntur/atq; curantur:educatores/magistrosque uerentur: et audiunt et ad eorum amorem se se conuertunt.quos alioquin discerperẽt/crudos que uorarent:Domat et ad immensa onera/præ liorũq; pericula Elephãtorũ feritatem per cibũ / et blandimenta:timoreque et continet magistro rum solercia.Quid quadrupedia nobiscum ani malia super terram agentia ?Nihil natat in toto mari uelocius/petulantiusq; delphinibus ut saliẽ tes plerũq; sublime se tollãt supra nauium uela.

Mulcẽtur tamẽ obſequiis/ et illecebris hominũ: tenẽturq; maxime cãtib9 tybiarũ/et Simphoniæ. Horum unũ octauiano Auguſto Principe puer fragmentis panis allexiſſe ſcribitur Idq; tãdiu fa ctitaſſe: ut hunc bælua inſidentem ſibi/ q̃ ſæpiſſi me a Baiano littore Puteolos uſq; ꝑuexerit: ab aculeatis/et incidẽtibus dorſi ſpinis illæſum. Ali us huiuſmodi ab Hyponenſibuſ paſtu manſue factus/ ĩpoſitos quoq; frequenter geſtauit. Quæ clara ueritas tandem poetas incitauit Arionẽ fin gere freno inſtar equorum ꝑ maria obequitaſſe delphines: uirgaq; quocũq; maluerit agitaſſe: et nos: q deũ habeamus datorẽ uitæ et æternũ in cæ lo patrẽ/ maximũq; et unicũ ꝓ oĩbus bonũ confi gurati dignatiõe inſcrutabili ſua claritati/et ima gini eius/futuriq; cæleſtes: ſi fœlicitati ipſi non in uiderimus noſtræ: eũdẽ ipſum tãtis de cauſis nõ ueneratõni/ pauoriq; habebimus? Denique habi ta ratiõe imbecillitatis humanæ: quæ fluctuat ſẽ per/et uacillat inſtabilis: eſtq; oĩ momẽto a ſeip̃a diſſimilis: et oppugnatoris/ueteratoriſq; diaboli fraudes expti: et mũdi ſimul blãdiẽtis ĩ mortẽ p̃ſti giiſ ſæpe decepti: ꝓpoſitis ẽt nobis nõ paucis eorũ exẽplis: q ſibi nõ p̃metuẽtes ꝑiere: poterimus: ĩ no bis ſi ſẽſus ẽ ullus: tãta undiq; circũfuſa pericula

totq; salutis naufragia impauidi præterire? ut nõ semp metuamus offendere/a lege decidere? sũmo bono priuari? extremũ in malũ prolabi? Timeo ad Chorinthios scribit Apostolus/ ne sicut serpẽs seduxit euã astutia sua: ita corrũpant sensus uestri et excidant a simplicitate: quæ ẽ in xpõ Iesu. Cecidit a sanctitate Dauid. cecidit a sapientia Solomon. cecidit a fortitudine Sanson. Cecidit et ab alto apostolatus fastigio de charis/ selectioribusq;. xii. unus dei/ et magistri sui pditor Iudas/ et iteremptor sui ipsius deniq; miser. Sed qd huiusmodi casus/ ruinasq; cõmemoro: de qbꝰ tãta copia se mihi offert: ut eam si pseq uelim dies mihi prius: q̃ numerus sit defuturus: quãdo quoque: qđ calamitosius/ atq; indignius ẽ: ab inocẽtia corruerint ante: q̃ mala uidissent pgenitores hoĩnũ primi Adã/ et Eua / et cum iis primogenitus Chaim? qua prima labe insequens posteritas omnis i nfecta cõtabuit? quãdo et ĩ Angelis cæli ad cõspirationẽ usq; ẽ inuẽta temeritas/ atq; libido? q; si retrospicimus ad omne pteritum tp̃s eorũ: q nõ sibi timuere piere q̃plurimi: sed de pauidis corruisse neq; uidi/ neq; legi queq̃. Quare ut prima sapiẽtia ĩ Dei timore posita ẽ: in eodẽ ita putauerim inter uitæ discrimina / mũdiq; fra

Nota.

No.

grores incõcussam securitatẽ cõstare. Erit itaqꝫ ut abunde me dixisse iã puto : apud uos peritos maxime caput humanæ sapientiæ/ humanæqꝫ salutis candidus erga deũ et legitimus timor. nõ uereri contra aut paruifacere sanctũ eius/ et terribile nomen : gurges erit ignorãtiæ/ abissusqꝫ stulticiæ: et in baratum deniqꝫ mersio. Quæ uobis si esse ita uidentur / repudiũque nõ habẽt a ueritate ratiõeque syncera: hactenus me hodie dixisse suffecerit: Nã suscepta sabbato agi breuiter cõsueuere. Longior in crastinũ q dies ꝓcipuus religione atque decorus ẽ Deo sermo te Matthæe manet / atque desyderat. Ast ego ne inobsequẽtior omni choro pulcherrimo/ atque intento uiderer : et cũ Themistocle fortasse ridẽdus: qui oblatam in epulis lyrã cũ recusasset ẽ ĩdoctior habitus: ut Cicero inqt: me ecce inq̃ o Cælse: quẽ ãnuisse / cũ omnibus placuisset: me redire paratũ/ et interim esse fœlicem affectauere illi atque iussere.

FINIT.
SECVNDA COLLATIO

• EIVSDEM MATTHAEI DE INSTITVENDO SAPIENTIA ANIMO LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM.

q Vod bonitas coniũgi cũ ſapientia debet: quãdo q̃dem nemo ſapiens eſſe poteſt: q̃ non idem ſit bonus . cõtra nemo bonus: qui non et ſapiens. Et ꝙ uera ſapiẽtia ad Deũ cognoſcendum/atque colendum imprimis hominem ducit: actus quoque humanos moderatur/ et dirigit . Et ꝙ lux animi eſt: ſine qua tã q̃ caligine offuſa omnis eſt uita. Et ꝙ hãc perfectam et plenam intulit Chriſtus : Vnde Philoſophi : quibus chriſtiana non illuxit fœlicitas : ſũt uagati per tenebras/erroresque pueriliter. Et ꝙ beatum tandem hominem uera ſapientia efficit. Denique ꝙ ſapientia ꝓpter honorem: qui ei exhibetur : optat ſibi comitem bonitatem.

t Ertius: qui nobis ſucceſſit: feſtus fuit ille dies Seuerine: quem appellat Dominicũ uulgus: quoniã triũpho reſurectionis ſacer/ac ſolẽnis eſt domino: in quo ad rem eccleſiaſticam ex more percipiendam aſcenderunt ab urbe ad

nos mane hora prope iam tertia Nicolaus Guã terus: et Honofrius Bredus, ciuili disciplina, et iu ris laude nostra in ciuitate præstãtes: familiares que admodum mihi: qui me cũ salutassent, de xtrasq; dedissent: comiter ad eos Quid uos inq̃ uirorum optimi huc? Illi uero ut diffugeremus quæ committũtur Veronæ spectacula: Voluptas quoque legendi ea Epigrãmata: quibꝰ ornasti q̃ tuor claustrales porticus per singulas fornicũ fa cies nos etiam traxit: quod facere sumus persæpe meditati una cũ Adeodato Broilo, sororio tuo: ut iucundiores tibi essemus: si nobiscum agno sceres aliquid tantopere tuum. Tũ ego nihil iq̃ admiror. Fuistis enim semper inexplebili studio, atque auiditate ad omne genus doctrinæ et lau dis icensi curastisque pullulãtia oia: quæ in litte ris putaretis cognitu digna agnoscere. Atque af foret o utinã meus Adeodatus. Gauderem pluri bus simul ornamentis beniuolentiæ, et necessitu dinis nostræ. Sed ꝑsentẽ Adeodati iacturã dilecti onis erit uestræ istaurare auctiore successu. Nũc uero: qđ cupitis: lustrate istas iterim porticus i q bus si uos aliquid fortassis offenderit: oro mihi ꝓdere amice, atq; beniuole ne dissimuletis. E re quidem mea putabo castigari cẽsura peritissima,

MATT.

NI.HO.

MATT.

Nota. ac fidelissima uestra: nihilque dari obsequo: quod sæpe est in beniuolentiis pestilens. Ipse uero dū a uobis ista legentur: quod accurate fieri cupio: reliquum rei sacræ obibo in templo / atque expedi am: ocissimeque inde reuertar / uestrum acceptu rus / secuturusque de re tota iudicium. Ad quos cū rediissem / ut dixeram / applausere mihi benigne suauissimi illi / ac modestissimi / referentes ab Epi grāmatibus solēnique pictura incredibili deuotio ne attractos fuisse atque permotos: quod indica re facile oculi / uultusque uidebantur. Porro inter hæc ad prandium tintinabulo conuocati paula

Lepide. tim cum pergeremus: cœpi ego ita iocari. Vos ad olus / binaque oua paululo addito casei mēsa ho die liberalis excipiet / de macello / altero ue adi pe nihil porrectura. Nouerant quippe illi tamen non apponi nobis ad esum carnes nisi ægrotanti bus / et quibus grauis et fracta senectus est uelu

NI.HO. ti morbus. Quare subridentes illi lepide retule runt Pythagorici sumus o Matthæi Macello et fabis perq̄ facile parcentes / olitorūque uireta in uisentes sæpe: Lanistarum uero carnificinas fe re nunquam. De te. N. uide ac cogita. nos par

Nota. uo contenti. Miserima ea profecto uoluptas fu erit: quæ gulæ / uentrique deseruit. Conuiualis

enim lætitia / atq; iucunditas nullo modo posita est in escarum / et compotationum luxu: sed in ciborum castimonia / sermonũq; dulcedine. Vos uero Dei cultores sacratioresq; ministri sanctissimum pro sermonibus Dei uerbum sub silentio audiendum longe præstare animaduertistis: qp pe q plus æquo laxantur sæpe inter cõmẽsales / et illos etiam ingenuos / atq; prudentes intercollo quia excitata hilaritate potionum / largitateq; ciborum: quibus parci minus ab coepulãtibus colloquio libero solet. Quare et reprehensa sæpe / et cohibita legibus fuere priscorum conuiuia: in q bus temporis nimium p diutina spatia absumeretur. Sed o beate uos instituti: qui ita distincta ocia / negociaq; tenetis: ut in quottidiana re uestra nihil porro nimis: nihil parum haberi uideatur. Sumetur itaque a nobis hodie multo sapidius ore silenti lectio: q̃ fercula ipsa palato. Quibꝰ ita prælusis ingressi sumus cõmune triclinium: ubi donec ẽ sumpta refectio quisque conticuit: Qua quidem exacta deambulatum tantisper est simul dum signum disputationis innotuit: ad quod ipse tinire cum cœpisset ad congressum in quã cõdisputationemq; citamur: Vobis uero qd operis interim? Qui dixere. Quis libenter uos

MATT.
NI. HO.

audire non gestiat? Quare / nisi forte molestos nos ducitis: adesse percupimus. Tum Cælsus nõ modo uos adesse: sed ludo præesse lætabimur: uiros sane et studiis iisdẽ / et diuturnitate beniuolẽtiæ / ac charitatis nobis coniunctos. Itũ est itaq; consessum ab omnibus ubi antea biduo. Atque ita silentibus cæteris quæ heri et nudius tertius habita fuerant carptim / cursimq; quantum id potui propter duos hos: qui noui aderant: ipse recensui: rogitans enixius ut ad nostras perscrutationes recens illi aliquid adderent siue sacrum siue ciuile / sua doctrina / et ingeniis splẽdidissimis dignum: quod ante tempus se requiri dicentes / modestissimi recusarunt. Sicq; Concanonicis nobis res tota atq; integra mansit: suntq; omnes ferme precati: ut ego hesterna ex fide prosequerer / suscepta aut narratione perpetua / aut rem agendo socratice crebra cum interpellatione ac repugnãtia quoties inde lucidius erui ueritas posset: Qui tam beniuole plane deuictus / sic equidem

MATT. cœpi. Cum hodie interpsallendum illud nobis insonuit / Bonitatem / et disciplinam / et scientiam doce me: uisa sunt ea mihi uerba ad sapientiam: quam querimus: pertinere magnopere:

et ad hoc propheta orationem istam suam dire/
xisse præsertim / neque incõsiderate id quidem /
uel temere. Nam ut potest quis et bonus / et disci
plinabilis / et doctus esse: qui idem sapiens non
sit? immo uero tanti etiam per se est pondus / et
ratio solius bonitatis: ut si bonum uirum tantũ
mihi proponas / aut nomines: eum profecto eru
bescam negare sapientem / non etiam reuerear
ac excolam. Conuerti igitur / eædemq; esse diuer
so sub nomine porro mihi uidentur bonitas et
sapientia adeo: ut nemo sapiẽs: qui non bonus.
et nemo bonus: qui non et sapiens. Quare ne er
remus circa ueram / absolutamq; sapiẽtiam: quẽ
admodum dictum est a Cælso nostro de Timo/
re: qui ad illam exposcitur: ita modo rei suscep/
tæ / ac peragendæ de bonitate opportunus ẽ ser
mo: quæ tantopere comes / atq; affinis est sapien
tiæ: ut ab se inuicem sine interritu manifesto di
uelli non possint. Quod si mecum ita sentitis:
de ea quantum bene mihi fauerit deus / eloquar
quæ mihi suggesserit animus / et bonitatis ad/
mirabilis / et suauissimus odor uestra cũ gratia.
Tum Cælsus nihil satius / atque iucundius. Per CAELS.
ge itaque lætus: et aperi: quod uix tetigisti /

et affirmasti sensisse prophetam: quo modo Bonitas sapientia sit: et sapientia bonitas. Nã plerũque etiã uacui bonitate: ut prodigi, lasciui, iracũdi, gloriosi, superbi: si nouerint alioquin multa: bonasq́ præ cæteris artes calluerint: habẽtur uulgo sapiẽtes/ et sapiẽtum decorãtur honoribꝰ: unde putatur illud ĩ euãgelio positum Sapiẽtiores sunt filii tenebrarum filiis lucis in generatione sua. Et sapiẽtes sunt ut faciãt malum/ bonum autem facere nescierũt: aliaq́ nõ pauca sacris ĩ litteris pene similia. Ad hoc ipse istuc a te quæri cælse ꝙ nescias haud certe crediderim: Verũ ne qd desit ad rem/ penes eos: qui minus sunt eruditi: aut quo uberior/ prælucentiorq́ euadat oratio: sane te hoc puto requirere. Sed utcũq́ res ẽ: merito habẽdus ẽ tibi mos: et ãnitẽdum: ut totos lacertos: si quid in nobis nerui habent/ tua dirigamus ad uota: quod tẽtaturus sum quãtum equidem potero. Inter bonum igit̃/ et sapiẽtem tanta: ut mihi uidetur: amicitia/ atq́ complexio ẽ: ĩmo uerius unitas conciliata ab ipso amore naturæ: ut diuelli inuicem: seiungique nõ possint. Qui nõ ẽ bonus: necesse ẽ ut profecto sit malus. gradum inter hos tertium inuenire natura non ualuit. Vnde quotquot unq̃ fuere/ futuriq́ sunt

MATT.

Nota.

homines:per bonos tãtũ et malos distinguendi in euangelio sancto scribuntur:cum in fine sæcu lorum de omnibus gentibꝰ iudicium faciet Chri stus Saluator:ut agens in terris ipse prædixit. tũ boni locabuntur a dextris / mali autẽ a sinistris. Tertius uero et medius:quoniam natura nõ ca pit:nullus nominatus est locus:propter qđ scrip tum et legimus. Qui solem suum oriri facit sup bonos et malos/et pluit sup iustos/atq; iniustos. Et qui non est mecum /contra me est. Si itaq; ne cessario malus ẽ:qui bonitate non præstat : con sequens et illud penitus ẽ:ut hic malus oberret. cæcutiat .insaniat .et certe desipiat:quæ qui pec cat:non modo longe est ab sapientis laude: sed stultissimus etiam habendus est:quoniam cõtra fas/contraq; naturam delinquit :quæ queq; ad monet sese impollutum a uiciis seruare/proximũ que diligere . Errare ergo/siue desipere / et recte agere/ac sapientem esse perinde sunt sicuti ma lum et bonum:mors et uita omnino inimica/at que contraria. Ergo sine bonitate sapiens uere nemo. Illa uero malitia / atque argutia: qua ma li bonos superare cernuntur:callidioresq; uiden tur / et si sapientiæ nomen ementita interdum sapientia dicitur :tantum nihilominus abest a ra

tione/sapientiaeq; decoro:ut magis nullo quidē modo possit abesse:cum altera ad iniusticiā/atq; perfidiam:altera ad iusticiā tēdat/ et ueritatem: Qua de causa sanctis in litteris scribitur sapiētia huius mundi stulticia est apud deum : atq; illud ab Apostolo dicitur prudētia enim carnis mors ē:prudētia uero spiritus uita:Sic et ea sunt: quae de sapientia iniquorum pauloante a te Caelse de torto/indignoq; nomine inducta fuere:iter quas duas aequiuocatio:ut ita dixerim:talis esse mihi uidetur:qualis inter uiuum hominem / atq; non uiuum/ spirantēq;/et statuā.Quaecūq; itaq; alia praeter timidā istā/et si uideatur sapiētia minime ē.Caeterū :satis si ego rē uideo:Sapiētia qdem semita et ēt ē.quae aditum nobis patefacit ad deū agnoscendū/eūdēq; colēdum.Ea ergo si uera/et solida fuerit:nō aūt adumbrata/atq; fucata:nūq̄ erit sine bonitate:hoc ē sine uirtute cōsorte:quoniā quantū malicia:quod uitiū ē deo semp̱ odibile:recedit a deo:tātū illi bonitas appropiat/seq; coniungit:quae certa/et indissolubilis ratio apparet in oībus sibi cōtrariātibus inuicē:ut cū subit unū/ueluti pulsum decedat aliud.Habet et hoc in se sapiētia bonū maximū/atq; sanctissimū:ut nobis tanq̄ digito mediū illud ostēdat:ad quod

Semita ad deum.

cuncta dirigimus: et actus humanos ceu auriga gubernet/ et moderetur: a quibus oportet omnia relegata ſint uicia: ſi agendo cupimus iuſticiã/ re ctitudineꝙ tenere: et aſſequi diuini muneris gra tiam: promereriꝙ ut inter ſuos nos deus tãdem agnoſcat. Quoniam uero ſine bonitate hoc nõ efficit ſapiẽtia: ideo ad res agendas omnis: uitæ que conſtãtiã nõ modo aptiſſima bonitas ẽ: Sed quæſita a deo / ac neceſſaria: ut q eam eripiat ab uſu humano: uitam funditus eripuiſſe / et euer tiſſe uideatur. Inueniri igitur una ſine altera ne quit: ſi debet uim ſuã ſapientia nomen/ dignita tẽꝙ ſeruare. Alioqn non ſapiẽtiæ agnomen/ lau dẽꝙ merebit: ſed deteſtabilis malitiæ / atꝙ aſtu ciæ dedecus quã non habuit: uirtutẽ dementita. Recte quoꝙ animi lux appellari eadẽ ipa ſapien tia poteſt: qua q caret ille ſemper ẽ cæcus: Vnde ſcriptum ueriſſime ẽ ſapiẽtis oculi in capite eius. ſtultus uero ĩ tenebris ambulat. Vt enim qui ex terioribus captus ẽ oculis: neſcit quo uadit / ẽt cũ ducitur: ita minus uiã ueritatis ĩtelligit: q orbꝰ ẽ animo: Quare quod huic mundo uiſibili Sol radians præſtat ad claritatem / et lucem: hoc effi cit inuiſibili animo ſapientia: quæ niſi ſit boni tati coniũcta: ita tetram offundit mẽti caliginẽ:

Directrix actuum.

Nota.

Lux uitæ.

quemadmodum cæcam Sol noctem: cum a nobis sub terras deuoluitur/ aut pallescit eclipsi. At uero quid esse potest luce sapiẽtiæ dulcius? quid splendidius? quid amabilius? Hæc enim errantes

No. nos per magnam sæculi noctem: et iactatos ꝑ de uia/ atq; naufragia in hoc mari uasto uentis cõtrariis/ et semper incertis: data ueluti manu in ꝓpria quasi deducit: ut possimus per eam quieti quem in portum tendimus perspicere/ atq; agnoscere. Hæc ignorantiam pessimum malum: imo et malorum omniũ gurgitẽ: ubi cœperit habitare propellit. Hæc motus in aīo turbidos sædat: et quicq̃d accidit acerbissimũ tẽperans/ tolerabilius efficit. Hæc domestica/ et peregrina. urbana/ et rustica. exigua et grãdia. ætates quoq;/ sexus. et mores informat: ut uere lux mundi/ quẽadmodũ diximus appellanda merito sit: sine qua caliginosa plusq̃ omnis umbra futura sit hominis uita: fueritq; ante christianam fœlicitatẽ/ et gratiã per Christum uerum deum et hominem nobis allatam: quia prioribus omnibus sæculis illis neque uulgus/ neq; philosophi: qui sapientiæ gloria falso nobilitabantur: uel in moribus/ uel in natura/ uel multo minus sane in iis: quæ sũt supra naturã/ ueritatem inuenire potuere: longeq; plura:

quæ sibi somniarunt / mentitiq; sunt: et in quib9 inter se discidunt: q̄ quæ uera / conuenientiaq; dixerunt. Ille ille heu: qui semideus est habitus Plato: laxauit ita impudice / ēt continens ipse libidinem: ut cōtra clamantē erubescentiam innatam homini / omnēq; naturā / decus uirginale / matronalemq; pudiciciam sic licenter prostituerit: ut uirgunculas nudas descendere in ludos cū iuuenibus permiserit: et earum ita esse / ac uirorum equitare, currere, arma mouere. lapides manu / fundaq; iactare. tela intorquere: et quod stomachabilius est: iterum nudas saltu et choreis inter mares solēnitates celebrare honestum putauerit ac liberale. Et ad maiorem beniuolētiam censuerit matrimonia habenda cōmunia: nisi quæ potestas principum nobiliora quandoq; amicis pro dignitate distribuisset. Qua opinione quid magis delirum / aut insanū afferri potest: nedū impudicum / et fedum? Sanctissimum humanitatis uinculum / honorabileq; consortium tam infande temeratur tanto a philosopho nudo / et pauperimo ueritatis. Quis Plato furor? quis impetus? quis morsus? quæ collisio inter se hominū in libera / oblataq; libidine irruentib9 pluribus in eam unā: quæ appetibilior uisa sit eo omni rubo

Philosophorū cæcitas ante gratiam.

Plato.

Nefanda ī pudicicia

Nota.

re/ et honestate: quã indidit homini natura: post habita? Quæ sors deformiorum puellarũ? Quæ iam uetularũ? Quæ et infirmãtium? Quæ uel cura educãdæ instituendæq; prolis: quæ esset incerta ex uago cõmuniq; cõcubitu? An nõ qui nati essent homines: morerentur tuo cõsilio pecudes? Erubescho ipse homũculus hæc loqui diuine cõtra te Plato. Lædo et forsitan aures eorũ: qui de te tãtã impuritatẽ exaudiũt. Quid si aduocet ad tuã istã philosophiã pudica Matrona. uirgo instituta/castaq; puella? nõ ne uultũ ueste uelabũt extremo sudãtes: percitæ rubore? An se ꝓdiderit tã turpiter uel ipsa semyramis: uel lupanaribꝰ delectata Messalina? Ad honestatẽ natura docet hominẽ natum: quod quia dissimulari tergiuersarique nõ potest: inde fit ut incõtinẽtiæ tã uehemẽter erubescamus: cui dum seruitur: obscura/abditaq; querãtur: atq; ẽt maritalis / debitusq; cõgressus nocturnã umbrã/occlusũq; cubiculũ amet: et ꝑter cæterarũ rerũ naturã: quæ blãdiuntur: sola ista uoluptas corporis ita solitudine gaudeat: ut ne quid eius rei: qđ nuptiarũ honor/propagationisq; necessitas/et cũ his primi sacramẽti gratia ẽt honestat/atq; sanctificat: inspectẽt liberi. serui

Nota.

Rubor ex libidine.

ulliq; domestici parceatur: Quin etiã uehemen
ter pudeat: si canes/et eq: cæteræq; beluæ id præ
oculis forte cõmittãt. Verum quoq; et sordidissi
mũ sit nũcupare/nisi umbratis/obliqsq; nomini
bus: quæ tã necessario ad ppagãdã tuẽdãq; natu
rã opi mẽbra deseruiũt: neq; sit inops adeo qsq̃:
q et si cæteras partis sit nudus: nõ uelet obscena.
Diceret hoc loco pro Platone: quod nemo pudi
cus posset: fortasse qspiã uel leno/uel scortũ Nõ
audierat diuini oris elogiũ Plato/propter hanc
relinquet homo patrem et matrem: et adhære/
bit uxori suæ: et erunt duo in carne una: neque
ab Apostolo: quem uita præcessit: Vnius uxo/
ris uirum: et una quæque suum habeat: Et illud
uiri diligite uxores uestras/sicut et Christus di
lexit ecclesiam. At uero debuit: ut diximus: uel
saltem auscultasse naturam: quæ communis ubi
que est cunctarum gentium directrix/atque ma
gistra. Constans. Certa. Fidaque. et efficiens in
omnibus quantum est in se simpliciter unum: a
qua deerrare/non quidem philosophi est: Sed
hominis abutentis omnino ratione/atque con
silio: si nõ æquius dixerim amentis et stolidi. Re
spõdebũt ptinacius iterũ Leno iste/et meretrix.

Vide ne hűc ruborẽ / cõfusioneq́ꝫ: quã dicis: mos potius / cõsuetudoq́ꝫ intulerit: q̃ idixerit certe natura. Nã si nudi ire / palamq́ꝫ misceri uir / et mulier assueuissent: esset detracta: imo et ignorata fortasse hæc mollicies / atq́ꝫ cõfusio. Isti sues grunirent aliquid: si tanti mos esset: ut posset expugnare / collidereq́ꝫ naturã. Si nõ inspicerẽt rudes ẽt et agrestes. imo uero et dementes et insanos: qui aguntur / mouẽturq́ꝫ nõ moribꝫ / atq́ꝫ usibꝫ sed natura dũtaxat: partẽ hãc tenere honestatis / et uerecundiæ: ut nõ publico coeãt: et quas uiderint sibi ipis placere cõfestim nõ adoriãtur ita ẽ ĩmobilis / ꝑpetuaq́ꝫ natura: inq́ꝫ omnibꝫ similis. Quod mos nũq̃ potuit / poterit ue ꝓstare: quia uarius. labilis. et nõ cuiusq́ꝫ æquabiliter ẽ: Sed nobis alius. alius uicinæ urbi. alius fidelibus / cultis q́ꝫ diuina lege / atq́ꝫ ꝓceptis. alius nõ credẽtibꝫ. et sine disciplina exlegibꝫ barbarã uitã ducẽtibus. Hic arripitur ab educatoribꝫ / et pedagogis. Qđ naturæ uero ẽ / in nobis omnibꝫ sua spõte cõnascitur: quoniã natura: quæ uis ẽ quædã firmissima / atq́ꝫ sanctissima suũ nũq̃ tramitem deserit.

De natura et more.

Nota.

Posset et illud de re ista subtilius disputari: non ab Academicis ueteribꝫ dico: qui Platonicam disciplinã tuentur; Sed a christianis potius nobis:

qui ꝑ Platone Moyſem ſequimur: peccato ne/
an naturæ inurēda ſit hæc de carnis cōmixtione
cōfuſio. Prodit. n. Moyſes ut primū peccauere ꝑ
genitores ſtirpis humanæ: perizomata de ficul/
neæ foliis ſibi protinus confeciſſe: quibꝰ pudibū
di genitalia obtegerēt uelut obſcena. Qua de re
dicere cum pergerem: en Nicolaū/ et Honofriū
cōſpicatus ſum inuicē auribus ſuggarrire uenu/
ſto/ placidoq; cum rictu. Ad quos ego quid inq̃ MATT.
colloquimini ita ſuppreſſe: cū interpellatio/ atq;
reſpōſio utriq; ſit libera/ et nobis ſane pergrata?
Tū Honofrius Nicolao meo īſuſſurrabā id du HONO.
bii mihi ſubiiſſe āte: q̃ illud ipē moueres. Peccati
ne/an certe naturæ fuerit erubeſcētia iſta/ carniſ
q; rebellio: qđ perq̃ auide ſum auditurus: quoni
am alias audiſſe mihi uideor quaſi ꝑ ſomnium:
nec ſatis iā reminiſcor. Aſt ego hic locus inq̃ o MATT.
Honofri præclaris explorationibꝰ: et iis quidem
cognitu dignis abundat: ſed implere rem ipſam
ubertim: ut poteſt: non ſit præſentis temporis/at
que negotii. Siquidē nimis ſermo a Platone di
ſcederet. Rei ſummā ſummis labellis tamē degu/
ſtandā uobis porrigam quatenus eruditioni per
egregiæ ueſtræ putabo ſufficere. Porro uicia car No.
nis ſacræ litteræ omnes attribuunt omnino pec/

cato/edocentes inde primum temeratam fuisse naturam :·quæ sic condita erat : ut posset homo non peccare : si stare maluisset : q̃ ruere . Qui ex libero si non deliquisset arbitrio / neque primam uiolasset innocentiæ gratiam : ita membris ad generandum compertis imperasset : et iis usus ita fuisset honeste / atque perualide : ut cæteris corporis membris : quæ homini parent in quolibet ope sine reluctatione / atque rubore. Mutuus itaque uiri \ et mulieris contactus non modo fœda prurigine / effrenoque ardore uacasset : sed p̃ter opera decentia omnia : quæ tractantur ab homine : hoc imprimis gloria / et claritudine excelluisset : tam pulcherrimum : q̃ magnum / et admirabile quidem est / ut hominem homo progeneret / sanctam imaginem / diuinitatisque participem . Sed heu exicialis / funestaque transgressio : in qua et cõceptus pudẽdus. et partus atrox. et uita omnis calamitosa / et postremum malorum omnium pessima mors est subsecuta / et cætera detrimenta : quæ si locus pateretur / et tempus : faueret copia non parua deplorare : Quod fortasse etiam faceremus : si plerique sanctissimi uiri / atque doctissimi id non factitassent : et eorũ nonnulli etiam de uitæ miseria libellos perpetu

Nota.

os non cõſcripſiſſent. Si et poetæ præterea. Ora
tores quoque. Hiſtorici omnes: atq; philoſophi
non id ſæpe complexi fuiſſent: qui: cum fulgore
eloquentiæ: tum pondere et grauitate me omneſ
obſcurãt: Ab infecto naturæ itaque fonte Quæ
res factu fuiſſet inſignis: reddita eſt ignobilis / at
que pudẽda ex ea porro uiolentia / et obſcenita
te: quam ab iniuſſis ſenſuum motibus ĩuito ani
mo patimur: quæ tanta confuſio ortum quidem
habet in ipſa natura ab originali profanata iuſti
cia: et uiolato præcepto: quod deus: ut eius do
minator agnoſceretur: homini dederat. Liqueat
igitur ſatis non ab more neq; uſu: Sed uel a pec
cato uel ab ĩfecta natura huiuſmodi carnis ema
naſſe ruborem. Sed ad Platonem: a quo paulo Plato.
diſceſſit: reuertatur oratio. Is nempe in pleriſque
aliis non minus quidem delirat: q̃ in publica / ua
gaque libidine. Cælum enim / et ſtellas anima
tas: tanquam deos coli oportere / et eis ſacrari uo
ta conſuluit. Animas uero generatione atque
uirtute priores corporibus: tanquam dominas
eorum productas fuiſſe contendit / et immorta
les illas / ad Deique indolem formatas de corpo
ribus: e quibus emigrarunt ſemel: ad alia iterũ /
uel hõinũ / uel beluarũ corpora: quarũ i moribus

fuerunt persimiles: post milia quædam annorũ: quibus circũuoluerentur: remeare, seq; reuol- uere est commentatus: quam opinionem Vir- gilius in sexto præclari operis sui secutus An- chisem sic affatum inducit Aeneam.

Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos
Letheũ ad fluuiũ: deus euocat agmine magno.
Scilicet immemores supera ut cõuexa reuisant:
Rursus et incipiant in corpora uelle reuerti.

Maximus quoq; inter phõs, et semi noster itali- cus ille Pythagoras in eiusdẽ cæci erroris ac stoli- dissimi ꝓlapsus scrobem: suam prædicat animã, atq; disseminat in plerisq; antea hominũ: in Pa- uonis deniq; corpore, plumaq; uixisse. Quæ in Democrito potuit eferuere maior insania: q̃ ex minutissimis, indiuisibilibusq; corpusculis mire cohærentibus inuicẽ: quas Athomos uocat: orbẽ omnem efficere, atque statuere? Quod de Ara- nearum intextis: ne quidem de fabrica, ac mole totius mundi nemo satis quidem sanus cogita- ret? Qualis, et Diogenis Cinici uita? qui nuda- uit naturam ipsam omni honestate, atque deco- re, usus corpore et iis: quæ corpori inseruiunt: uti pecus sine ingenuo ullo pudore? Taceo phi- losophiæ dedecus, atq; ultimæ notæ prodigium

Pythago.

Democri- tus.

Diogenes

Ariſtippum. imo quidem ut paulo inuerecũdius loquar: magis quippe ſuẽ uel aſinum: q̃ certe uirum: nullam uitam: niſi præſentem nullum bonum niſi corporis ĩ homine terminãtem. ut philoſophatus ad pingues offas et merum: omnẽq; libidinem reliquã magis ꝓfecto uideatur: q̃ ad ullam uel ſapiẽtiæ uel cuiuſpiam uirtutis omnino partem. His dictis parũper cum ſpiritum ipe ſubducerem: dicam tantiſper inq̄t Nicolaus qđ mihi cum Honofrio confabulari interdum contigit de maximo uiro philoſophoq; Platone (Solemus enim ſæpe cum uacui ſumuſ ac liberi a cæteris uel forenſibus uel domeſticis rebus: opiniones noſtras ſimul cõfricare: et ſi quid interdũ etiam audimus in eccleſiis altum et ſacrum: de eo moliri inter nos aliquid et cõmẽtari noſtris pro ingeniis atque iudiciis: quo fit ut ex hac conſuetudine æqua ferme inter nos ſit uel cognitio uel ignoratio) Viſum ẽ igitur nobis de Platone: qđ magna quidẽ ratiõe: ſuo de Origene diuus Hieronymus cenſuit ut ubi bene nemo melius. ubi male nemo peius. Sed ẽ præterea nobis miraculo unde horum ingenia: quibus quicquid potuit uiſa ẽ contuliſſe natura et diuinitatem his quandã porrexiſſe a puerperio ipſaq;: ut ita dixerim:

Ariſtippo

NICOL.

cuna: tāta sint admixta dementia: et tot infecta
fabulosis erroribus: ut ab iis: q etiā parua doctri
na/uel nulla sunt præditi: irrideantur/uulgoq;
et a pueris iam cēsoribus castigētur: nisi Solis/lu
næq; defectus persimiles isti forte patiātur: Quæ
prima duo orbis lumina p̄sso sæpe nubilo/atroq;
uapore uel pallētia/uel obscura reddunt: nisi et
arua fertiliora/atq; p̄pinguia imitari uideātur:
quæ cum salutaribus frugibus ferūt sæpe morti
feras herbas: in ueneficū lolium/sterilesq; auenas
luxuriāt: nisi docta/et perq̄uigili agricolæ manu
curent. Verū qcq̄d ē tamē: secreto auro de limo
ego te mirabor semp̄ o Pythagora. Te uenera/
bor Socrates. Te o Democrite efferā. Te stupō
ri habebo Diogenes. Te theōphraste. Te Zeno
turbāq; oēm/et sectā philosophorū illustrē hono
ribus ꝓsequar. Sed præter cæteros tibi animū/ui
sceraq; sacrabo o unicum Iubar/primaq; in litte
ris humani generis gloria Plato/ac de laboribus/
studiis/tātisque scriptis/et lucubrationibus tuis
acceptū ingenio diuino tuo dū uixero referam:
per quem ad nos migrauit litterarum omnium
liberalium dignitas/et altioris philosophiæ splen
dor se nobis primum aperuit. Qui et nobis reli
quisti a te formatum/et secundam ueluti propa

ginem / et æterni nominis gloriam Aristotelem: qui omni philosophia ad præcepta / regulasque redacta supra cæteros posteritati consuluit: et si a te cum recessisset: nec satis gratus uisus fuisset: recalcitrasse illum contra magistrum non secus atque in matrem petulantes pulli questus sis. Sed cum iis tam amplissimis rebus sic uices indoleo / atque exhorreo tuas uirorum mirande / ut in auro rubiginem: et in fonte clarissimo aliquo anguē. Expectoq; a te Matthæe solari / leniriq; mihi mentem: qui cum mecum repeto quantum horum philosophorum sudores / infatigabilesq; uigiliæ nobis profecto attulerint commodi: si missis erroribus res probatas / et ueras curemus elicere: totus equidem quatitur / et ad fletum se commouet animus. Tum ego est inquam ut dicis o Nicolae. Nam et ipse sic sæpe commoueor pro Socrate maxime / atque Platone: quod accidere piis / atque gratis studiosorum omnium mentibus reor. Attamen uero unde illis tanta hæc cæcitas cum summa doctrina contigerit: quod animo mecum quandoque uersaui: non subticebo / aut tergiuersabor. Audiamque deinde te et Honofrium / si præter

Aristotelē nota.

MATT.

illa quæ commemorastis: recognoueritis forte aliquid satius. Nam imprimis: quod tu prope dixisti: inducẽs iubar solis et lunæ cãposq; feraces: nemo mortalium: quod uerbum est Plinii: sapit omnibus horis: sic se fallit sæpe obnoxia errori uana mortalitas. Quare si de re diuina: deq; cælestibus: quæ ab humana cognitõne sunt procul: errauerunt tãti isti philosophi neq; mirum: neque dixerim magnum: quoniam haberi huiusmodi ista alioquin certe non possunt: nisi quãtum ea nobis diuinæ uoces attulerint: et nũcii ꝑ electi / deoq; afflati uulgauerint: cuius muneris maximi atq; diuini ea sæcula fuerũt expertia. De occultis quoq; et sinu naturæ obstrusis neq; colligere ueritatem: nisi uaticinãtes aut deo illis reuelante potuere. Quocirca Socrates ea sibi ne somniaret: ut memoratum iterum ẽ: eorum perscrutationem a se penitus repudiauit: et se nihil scire contestans / omne studium cõtulit ad bene uiuendum. eãq; ob causam illum ab Apolline ferunt iudicatum fuisse sapientem / q; maxima sapientia esset non arbitrari se scire: quorũ cognitio esset ambigua. Sed cæteri multi nõ tã se ipos mensi: nec tam conscientiam secuti propriam: q̃ laudem humanam: quæ nescierunt ꝑdicarunt/

Cur Apollo Sapientem Socratẽ iudicauit.

et inuoluta sæpe inextricabiliaq; naturæ incertis turbidisq; ambagibus trãsmiserunt ad posteros: apud quos tãdem eorum est patefacta temeritas illucescente ueritate p Christũ: quæ ab alio ante dari nõ potuit: quoniã uera sapiẽtia non habet magistros homines: sed doctorẽ Deũ, neq; descẽdit humanas ad mentes, nisi purgatas, et nitidas, et sancti timoris, bonitatisque: quam diximus plenas. Vnde multitudo omnis illa sanctorũ: qui eam acceperũt: concors semper, et itidẽ sentiẽs fuit etiã ubicũq; dispersa: qa idem unus spiritus loquebatur in eis: quo in se accepto Paulus exultãs An experimẽtum quæritis inqt eius: qui ĩ me loqtur: Christus? quẽ et cũ dominus impertiret Apostolis Nõ enim uos estis: q loqmini ait: sed spiritus patris uestri: qui loquitur in uobis. Sed quo altiora se ipsis isti quæsierũt: elatus eorũ incrassatus, et obtusus magis factus est sensus: et se ad perfectam sapiẽtiã euasisse putantes, tum maxime elusa eorũ temeritate repti sunt stulti Deo nõ perferẽte tam indignam suæ maiestatis iniuriam: ut a se ipsis se facerent sapiẽtes et ueluti deos cum homines essent: Sed ad extremũ modestiæ suæ tamẽ, et cõsciẽtiæ recte signũ pbuit (si ita fuit) euidẽtissimũ Plato: qui ut apud Aeneã sophi

Nota.

Nota Platonẽ.

ſtam loquitur quodã in dialogo Theophraſtus: iuſſit ſuis eatenus ſtandum obtemperandum que præceptis: quoad ſacratior homo aliquis ap pareret in terris: qui fontem ipſum ueritatis pa tefaceret / et quem magiſtrum rurſus ſeque/ rentur omnes. Vnde noſtrorum nonnulli / ne ſcio tam ne ſcite: q̃ pie produnt illum / et pre / dicant in exitu accepiſſe ſalutem / et gratiam: et eum longo poſt tempore inuentum in ſepul chro cum lamina ad pectus: in qua confeſſio fi dei erat inciſa: cuius lumen / et agnitionem mo rienti illi Deus afflaſſet. Quod de Trimegi/ ſto / Sybilliſque / et aliis quibuſdam gentilibus etiam in uulgus referunt. Quæ nos quoniam apochrypha ſunt: neque probamus / neque improbamus (Poſſunt. N. tam eſſe: q̃ nõ eſſe) Sed ueram ſequimur matrem eccleſiam: quæ occulta non iudicat. Hoc tantum aperte / intre pideq; dixerimus damnari neminem: qui quan tum ipſe poteſt / et noſcit confugit ad Deum: quoniam ſola eſt: quæ perdit hominem per/ uerſa uoluntas / et pertinax in delinquendo malitia. Sed de Ppiloſophis hoc loco non plu ra: de quibus profecto neque tam multa congeſ

Nota.

fissemus: nisi docendum nobis fuisset per eo/rum errata: humanam sapientiam sine bonitate / non modo ad ueritatem non prælucere homini: sed magis quidem cæcitatem inducere. Eodem modo superest: ut demonstremus sa/sapientiam æterno consilio trãsmissam ad homines: ut ea sit: quæ ad sũmum illud bonũ: in quo beatitudo consistit: eos accẽdat. accensos conuehat. conuectosque fœlices efficiat: quæ res ita iam constat: ut negare eã nemo: si sanus est non erubescat: Sed sine ea bonitate: quam ei Propheta coniunxit: nunquam illud efficiet: ut dux homini ad beatitudinem sit: Quin uero gradiente recta sic retorquebit a uia: et instrumẽta illi / ac machinas: quas ad beatam uitam erexerit: eripiet / atque proiiciet: ut metam is non modo nunquã attingat: sed quo magis ire contenderit: uti cancer / ab ea semper plus retrocedat. Denique optare sibi consoeiam bonitatẽ sapientia cogi certe uidetur a sũmo quẽ obtinet in honoribꝰ gradu. Nã quos sapientes esse putamus: iis porro assurgimus. capita flectimus. & uia cedimus. magistratus. honores. dignitates. ĩsigniaq; potiora deferimus. Statuas insuper / monumẽtaque sacramus:

Ad fœlicitatẽ sapiẽtia ducit.

Honorabilis sapientia.

quæ prætereuntes cum cernimus: detinemur ad mirationeꞁgratiaq; non parua. Quod ſolet uſu mibiꞁcontingere quoties in templis illuſtrium ſe pulchraꞁ epitaphiaq; contemplor: cuius ſane rei quæ cauſa poteſt afferri alia: q̄ q̄ uirtute ſingulari illiꞁac bonitate putantur excellere: nec tāti res quidem ulla ducitur: quāti ſapientia propter cō iūctam ei bonitatem: quam ſi detraxeris: eſſe ſapientia continuo deſinet? magis uero nequitia eritꞁatq; caliditas nō dignāda honoribꝰ: ſed acerrimo odio ꞁ ludibrioq; habenda? Adhiberi ergo illi bonitas conuenit: ut dignitatē omnino propriam. gloriam. nominationēq; poſſideat. Hæc cum dixiſſemꞁdimiſſa corona datum eſt cuiq; recedere.

FINIT.
TER
TI
A
COLLA
TI
O
?

EIVSDEM MATTHAEI DE INSTI TVENDO SAPIENTIA ANIMO QVARTVS INCIPIT LIBER.

ARGVMEN TVM.

m Vlta cum iucūditate/honestoq; ioco dis putatio præsens inducitur. In qua dupli ci de disciplina agitur. Vna quæ corpus castigat / et cōterit: altera: quæ animū instruit: et utraq; nō parū ad sapiētiā ptinet. Et quare gra uē pœnitētiā/ et carnis macerationē ii etiā suscepe re: q nūq̄ peccauerūt: neq; indiguerūt disciplina ut xp̄s dominus: et Ioā. Baptista. Et q fortiores grauiora debēt ex uirtute tolerare: si nō ppter se: ut sint in exēplar/ et alios animēt. Et q inq̄tū di sciplina hōiē dirigit ad sapiētiā et correctio: et docilitas. et forma. et regula. et ius/ et ars solet ap (pellari.

c Onuētus ille: quē nobis quartus Seue rine instruxit dies: cū lætus / paratusq;

ad audiendum mihi plane uideretur: ego de di
sciplina illa, atq; scientia: quas sibi Dauid orans
optauerat: ut Andreas aut doceret, aut quæreret
enixe poposci: quod ut faceret placere uisum est
cæteris. Sed ille (ut est ingenio comi) confestim
Facete. q̃ o inquit es erga me liberalis uir bone, patrũq;
charissime. Nam primum tibi bonitatem assciui
sti: et sine socio eam ferme totam tibi uẽdicasti,
et nunc ecce mihi porrigis Matthæe disciplinã.
Ad cuius iocum nullum prius rependi uerbum:
q̃ lineo amictu sublato repente, prumpta ma,
nu extuli disciplinam ex fillo intortam: quæ for
te tum mihi pendebat ab cingulo: An inquiens
non disciplinatus et ego? Quo sale ad risum exci
tatus est cœtus. Ille etiam argute tu inquit re pu
gnas et uerbo Matthæe. Præcauendum est mihi
ab homine ita munito. Sic enim iocari quando
que festis lætisque diebus Paulo liberius apud
Ratio io ci. maiores sanctissimos nostros et licuit semper, et
uirtutis fuit. Nam longa per silentia. uigilias. stu
dia. sacra officia. continentiam oculorum. gra
uitatem incessus. status. habitus. motus per ho,
ram a cibo licentior fatigatis sermo, deambula
Nota tioq; conceditur: quo animus parumper laxatus
rursus assurgat alacrior: seque ad res serias, altas

que reponat firmior atque neruosior. Qua i re nostris ex hominibus mihi meus Cambius Bosſus uiſus eſt præſtans: quippe qui opportune. et cum ratione ſic ſuauis facetusq; extitit: ut nō minus lepiditate/ſermoniſque lætitia omnes excitaret ad profectum: q̃ exemplo uitæ / ſanctitudineque mirabili. Videbamus iterdum illum castiſſimis ſermonibus ſchomata Comicorum / et argutias ſtudio ab aliis comparatas nullo conatu ſuperare: cuius neque legebatur aliquid familiariter ſcriptum: a quo abeſſet uenuſtas/cauillationiſque feſtiuitas: quæ ubique oblectaret: nuſq̃ offenderet. (Sic enim illum blandiſſima aptauerat ſolerti nullo adhibito ab eo ſtudio natura) Quod parentes/et fratres facile/atque urbane etiam præſtitere: ornantes coetus / conuiuiaque: q bus interfuiſſent: gratiſſimis ſalib9. A quibus neque abhorruit: cū priuatim qdē ex humanitate: tum publice ad tenendam cōcionem clariſſimū Prædicatorum ornamentum / noſter maior Timotheus: qui mihi dux fuit ad ineundam religioſam hāc uitā/et ad ſacrarū litterarū delibationē: et q̃tū quoq; potuit me formare ad pulpitū ſtuduit: et ſi in horū ſingulis parū certe ꝑfecerim. Habēt et hāc in ſe dulcędinē eorum pleriq;: qui

Cābius.

Timoth.

Nota. nunc uiuunt; neque illi uulgares: qui acerbitatẽ correctionum facetis, et appetibilibus temperant uerbis, et subditorum tristiciam lætitia soluunt: quæ res si fuerit opportuna: animorum erectõni pusillorũq; saluti maxime consulit: Quod ꝑmulti: et illi quidem prudentes tamen, et optimi minime possunt: quorum instinctus, toruitasq; naturæ ad fletũ propẽsior est, atq; tristiciã: q̃ ad hilaritatẽ, et risum: quã diuersitatẽ igenii in Democrito, atq; Diogene fuisse Satyrus ita cõmeminit.

Iam ne igitur laudas ꝙ de sapiẽtibus alter
Ridebat: quoties a limine mouerat unum
Protuleratq; pedem: flebat cõtrarius alter?

Democritus enim is erat: q domo exiẽs ridebat curas: necnon et gaudia uulgi. Qui uero flebat errores hominũ: et qbus continue merguntur casus, atq; discrimina ille Diogenes. Eorũ ex numero: quos natura toruos dedit et duros: historiæ ꝓdunt Pirronẽ. Eraclitũ. et qui tãte acerbitati obnoxius factus est: ut in totius odium generis humani euectus sit Timonẽ. Crassum itidem auũ eius Crassi: qui in Parthis interemptus ẽ: nunq̃ i tota uita risisse ferunt. Tum Andreas etenim ꝑ

ANDR. difficile inquit radices extirpare naturæ. Quip/

pe sunt ita cōperti a primis seminibus homines: ut contra ea pauci admodū uitam detorqueant. Et me quidem esse ex eorum numero fateor: q bus innata ē pronitas ad festiuitatem / atque lætitiam: non tam sponte: q̄ forte ab humore sanguinis inserti mihi lætissimi. Sed me sic equidē uelim in potestate habere: ne quid nimis utraq; in parte: aut eam certe mea hanc in complexione uirtutem seruare: quam græco nomine Eutropeliā Aristoteles uocat: planeq; et laudat: et nostros inter Theologos uir sāctus\et doctrina clarissimus Thomas Aquinas locat inter mediocritates / atque uirtutes. Sed quoquo mō ipsa res sit qd sum Matthæe facturus: quod concioni uenerabili / et pulcherrimæ isti sit placiturum? Quænam ista siue disciplina / siue scientia: quas tu dicis ad sapientiam pertinere? Disciplinā tu unā quidem ostēdisti lino compactam alias materiales similiter / uel loris / uel scirpo / uel etiam ferro formatas exercent: quibus est ea res curæ. Sed de his non quidem nos modo: sed earum tractent mercatores / atque artifices. Tum Ioannes Philippus etiam materialis disciplina cura / et studio nostro morande digna mihi uidetur. Nam si /

Eutropelia.

IOH. phi

uel pro uenia / redemptioneque facinorum / uel pro petulantium cohibitione / mortificationeq; membrorum ea / præter maximas festorum solē nitates quottidie utimur : lumbos / scapulasque cædendo : non de negocio tam nostro / nostra erit cogitare ? Nam et eorum : qui id præter nos cogitant : nunc plenæ sunt insignes Italiæ et præ clarissimæ urbes / Venetiæ nostræ tot populorū et gentium dominatrices . Genua uaria et popu losissima : Florentiaque lautissima imprimis / ha bentes ex singulæ diuerticula amplissima : ubi ad istiusmodi disciplinarum flagra se se receptāt innumerabiles cuiusq; generis uiri per sabbata : Qui etiam : cum est opus : supplices lustrant ur bes / se multo cum sanguine cedētes / et ad preces clamoribus Deum / cælestesque mouentes : His dictis Andreas factus erectior : non equidem re cuso inquit de hoc etiam disciplinæ genere age re : si te mihi Philippe consocium adiunxeris : Nam si quis potest / certe tu potes disciplinatissi mus de disciplina disserere . non q; te uelim ad artificium / instrumentaque uocare : quæ nulla formasti unquam : sed ad rationem / effectum que : cuius causa hæc inuenta sunt instrumenta .

Scholæ di sciplinato rum.

ANDR.

Sicut enim in excribendo bonum/et gnarum ex
criptorem esse dicimus:non qui commode cala/
mos acuit/ pugilaresque / et reliquam supellecti
lem fabricat:sed examussim / et cum ratione for
mam recte excribendi tenet:sic de flagellis:quas
disciplinas non tam latine:q̃ religiose nunc ap
pellamus:te puto Philippe cogitare / si rem ad
sapientiam ullo modo traducis. Plene me habes
o Morande rettulit frater : Eam dico profecto IO.PHI.
disciplinam : per quam quoties deliquisse ue/
re nos poenitet:futuras poenas depellimus / cul
pasque diluimus : Purgamur etenim quicun/
que curabiliter peccauimus / aut hic doloribus
atque suppliciis uiui:aut apud inferos longe gra
uius mortui . Neque possunt inustæ uicioũ col
luuiones alio modo detergi . Qui uero tam in
expiabiliter emigrarunt : ut indigni sint uenia:
hi cum lucifero perpetuas mittuntur in poe/
nas . Eadem ipsa persæpe ueluti præcauentes
morbos antequam ueniant : attolentem se car
nem aduersus spiritum edomare / frenareque cõ
tendimus audientes Apostolum Debitores su
mus non carni:ut secundum carnem uiuamus.
Si enim secũdum carnem uixeritis moriemini.

Si aũt facta carnis mortificaueritis: uiuetis. Nul
Nota lum igitur supplicium/genusq; martyrii ẽ in lau
de suapte natura: qn uerius malũ haberi debet:
quoniã grauiter afficit uitã: Sed ex modo / causa
que suscipiẽtis/ferẽtis ue porro censetur. Nam ꝓ
posito peccato/et ni peccet uir bonus admoto ei
etiã phalaridis tauro: p̄stat aduersa omnia tolera
re: q̄ deũ utiq; lædere: fidem/iusticiãq; deserere.
Propter hæc itaq; laboriosa oĩa/et aduersantia ꝑ
peti: officiosum / et sanctũ planeq; et necessariũ
Nota. ꝑsæpe putamus/et dicimus. Non pœna ergo: sed
ratio/atque causa ẽ: quæ martyrem sacrat. Sicut
enim uites: ne in steriles pãpinos diffluant: et cæ
terarum luxuriãtiũ arborũ ꝓceritates: ne fruges
exhauriãt amputamus/et cædimus: ita efrenos/ra
tionẽq; non audiẽtes corporis sensus flagellis ua
riis: ne se in luxum / uiciaq; resoluant: compesci
Nota. mus/atque frenamus. Omnis itaq; ratio laborũ /
ferendorum/et in corpore perpessionum: quas
uiri sancti / uel sponte suscipiunt: uel toleran
ter excipiunt: in hoc consistere plane deprehen
ditur: ut per ea præcauere lasciuiam. motus
carnis consopire. emendare praue commissa.
gratiam / et misericordiam implorare equidem

possint: alioquin has sibi ipsis irrogare molestias manifestæ esset insaniæ. Sed hæc omnia pollicet se effecturam: et quidem ualide / atq; magnifice hæc disciplina: Quod nisi faceret: an saluator / et noster dominus Christus perfectæ uirtutis exẽplar corpus innocẽs suum quadraginta dierum extenuasset inedia? An fœlix præ omnibus et sanctus ab utero ille Baptista: quem terris datum ĩsecuta semper lætata sunt sæcula / lætabunturq; uentura: degisset in hæremo? locustis / et fontibus usus fuisset ad cibum? aut beata operuisset membra camælo? An Hieronymus tã clarus inter doctores: et magnus deserta tot peragrasset ãnos? et uasta tandem ea in solitudine socius tantum Scorpionum / et ferarum resedisset: quæ exusta solibus ei situm ætyopissæ carnis in membris obduxerat: ubi ab oratione persæpe / pectorisq; uerberibus nõ cessans / se noctem memorat iunxisse cum die: et uinum / decoctũq; aliquid / aut certe conditum gustare extimauisse luxuriam: ut recordationem puellarum: et quibus æstuabat ĩ carne ꝑmortua: incẽdia propelleret a se libidinum? An magni illi Athletæ / et duorum florẽtissimorum Ordinũ principes Benedictus / atque Frãciscus aliiq; nonnulli nudos post ꝑces atq; flagella

ſe gelidas inter niues / urticoſa / ueproſaq; ſilue
ſtria incaſſum interdum dediſſe putandi ſunt?
Immo quia efficeret quæ diximus patiendi diſci
plina: prudenti conſilio / atque ratione illi ſe ita
dedere. Non mala igitur huiuſmodi iſta haben
da ē diſciplina: quoniam qui eam legitime ſumit
bonum equidem reddit. Q̄d ſi bonum: etiam et
ſapientem: uerum et perbeatum: nedum ſapiē
tem: dum peccata eorum: qui ita ſe uerberāt ab
ſtergit et delet: et qui mortui erant peccatis re
ponit ad uitam. Hāc unam ego: quæ cælos im
Quot post pecca ta cælestes pleat hominum: eſſe quidem arbitror. (Quis
enim ſe iactabit crimen non commiſiſſe?) De
paruulis nō loquor: qui non indigēt pœnitētia:
neq; diſciplina: ſi in fide dormierunt anteq̄ ſint
ad peccandum idonei. Sed de puberibus / atque
maioribus: qui p̄uaricare iam poſſunt: ſeq; i dies
faciūt delictis obnoxios: q̄bus ſi ſubita / et ſaluta
ris hæc medicina / diuina pietate nō eſſet appoſi
ta: ſalua: ut ſcribitur: ulla caro nō fieret. Sed pie
tate admirabilis Dei: qui infirmitatem figmenti
agnoſcit humani: plena eſt utique terra / hoc ē
terrenum / et ſemper fragile animal homo: qui
Nota. ut fieri ſine opifice deo nullo quidem modo po

tuit: ita quoq; sine illo seruãte/atque tuente ne que consistere neq; spirare potest omnino. Siq dem ut esset genus humanũ singularis Dei ami cicia, et æterna charitas fecit: ut beatum autem statum obtineat/eiusdem indefessa procuratio, et misericordia efficit: atq; ita: ut sit illud in psal mo uerissimum. Miserationes eius super omnia opera eius. Ad hæc audio te Philippe libenter in quit Andreas? Sed cursum: si lubet: siste parum per: et da: si potes: qua ratione Baptista qui san ctus ab ortu neq; peccauit: neq; peccaturum for tasse se timuit: et cui soli et adhuc uiuenti atte status dominus est inter natos mulierũ non sure xisse maiorem: per omne tamen uitæ spatium tã tam sibi ipsi non opportunam: Sed superuacane am poenitẽtiæ indixerit acerbitatem: quod si eno daueris: erit perinde et absoluta de ieiunio domi ni quæstio. Hanc partem ad illum Philippus re spondit haud prætereundam ullo pacto putabã: Sed eam antequam tangerem: e labio tu mihi celerior præripuisti: non q id te fugiat reor: sed me ut forsitan: quem arbitratus sis im/ præmeditatum: si dormiam experiare. Itaque dico a sanctissimis uiris alia propter se.

ANDR. De Bapt. pœnitẽtia

PHILIP

Alia propter prædestinatos in omni uitæ modo et suscepta, et acta fuisse, q͂ non tãtum sibi ipsis: quãtum in commune omnibus exemplar editi essent. Qua ratõe diuino p̃conio ẽ illud ad eos uos estis lux mũdi: et appellati sunt ciuitas: quæ supra montem posita ostẽtat eminus se quaque cõspicuam: Cãdelabro etiã compati, atq; lucernæ ĩ domo omnibꝰ collucẽti. In domo inq̃: quæ una ecclesia ẽ, fidelis, catholica, sancta, in terris militãs q̃diu perueniatur ad illam: quæ sursum triumphat: gloriosam cæli progeniem: de quarũ altera cogitãs Dauid elegi inquit abiectus esse ĩ domo Dei mei magis: q̃ habitare in tabernaculis peccatorum: et in euãgelio illud ẽ memoratũ Domus mea, domus orationis uocabitur. De altera uero alio carmine concinit iterũ Dauid gloria et diuitiæ in domo eius, et iusticia eius manet in sæculum sæculi. Quoniam uero quisq; longe plus oculis: q̃ auribus credit: et moribus alienis formatur: q̃ uerbis: his itaq;: qui in ecclesia adhuc terrena sunt sancti: et si satis ẽ abditam alto sub pectore et cõsciẽtia tacita habere uirtutem: iidem tamen ipsi propter electos edificãdos, et ĩpellendos, ut diximus: exhibẽt exterius plurima: cum docendo: tum agendo signa, et experimẽta

Quomõ sibi, proximisque uiuendum.

præclaræ ſanctitatis/atque uirtũtis. Verum enim uero Ioannes iſte Baptiſta: qui pluſquam certe ꝓpheta uulgabat per omnem Iudæam uenientem Chriſtum affore confeſtim in limine: et quanta omnino ui poterat ubique perſonabat et conclamabat pœnitẽtiam agite. appropinquat enim regnum cælorum. faciens illum digito: cum ſe palã intuliſſet: per agni cognomen agnoſci: abolituri totius mundi peccatum/reſarturiq; ruinam: debuit profecto (fuit et operepꝛcium) effectu ꝑſtare: quod uerbo doceret. Pœnitentiam dico. uitæ aſperitatem. mundi cõtemptum. et impterritum prorſus a morte animum. Frigida enim ſunt illa præcepta uirtutum: quæ non tenet ille: qui præcipit: uerumq; illud ẽ Ciceronis uerbum caput artis ẽ docere: quod facias. Quod et Claudianus ĩter poetas non quidem obſcurus egregie his uerſibus/chriſtianeq; precepit. Nota.

In cõmune iubes ſi quid/cenſes ue tenendum:
Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui
Fit populus: nec ferre negat: cum uiderit ipſum
Auctorem parere ſibi. cõponitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta ualent ut uita regentis.
Mobile mutatur ſemper cũ principe uulgus.

lactantius
christus non tantum docuit
sed pressit. neque dif
ficultatis iter horret.

Hinc de Iesu domino reuerenter ē proditum cœpit Iesus facere/ postea docere. Quādo a natura igitur ita sunt homines:ut nisi p̄suadat / qui eos ducit:nullo modo sequantur:necesse utiq;:ut diximus:extitit:ut tantus hic uates pœnitentiæque magister per exempla potiora præiret:q̄ qui consequebantur. Animaduertendum præterea et illud hac ī re mihi plane uidetur. Eorum:q in omni exacta /sūmaq; uirtute imitati sūt Christū: primum oīum extitisse Ioānē. At uero Christus non propter se quidem:sed uniuersi humani generis uice/atq; compendio sumpsit in poenis/atque tormentis plus sane supplicii : q̄ quotquot unq̄ passi sunt hac in uita mortali . Quantū ad dolores/et poenas:de eo sic ꝓphetat esaias. Omne caput languidū/et omne cor moerens / a plāta pedis usq; ad uerticem nō ē in eo sanitas. Quātum ad ægestatem/atq; pauperiem sic habet euāgelium Vulpes foueam habēt: et filius hominis non habet ubi reclinet caput suum. Quantū ad humilitatem/suiq; contemptum : Exinaniuit semet ipsum seruilem accipiens formam narrat Apostolus/ Et ipse de se apud psalmistam Ego īquit sum uermis/et non homo/opprobrium hominum/et abiectio plebis. Taceo ignominiā cru

Christi ꝑpessiones.

cis infandam, dira, omnimodaqꝫ supplicia : et cæ
tera multa : quæ euangelistæ de eo meminere.
Qui igitur illum in agni specie pro mundi redē
ptione atqꝫ salute mactandum ostenderat: par q
dem erat naturam et mores eiusdem saperet: cu/
ius ministerio fungebatur præco/atqꝫ legatus : se
cumqꝫ reputaret esse præposterum/ac periniquū
ut seruus eēt domino maior / et discipulus super
magistrum. Adde ꝙ res maximas et īmortali ali
qua gloria dignas sine labore / interdūqꝫ et san
guine nemo consequitur : neque sine pertinaci
cruentoqꝫ conatu liquet quāta uirtus/et laus in
quouis homine sit. Quin tabescit bonis etiam ī
uiris sine lucta / atqꝫ certamine dignitas magni
animi. fortitudo/atque constantia: cuius rei tātæ
agnoscēdæ gratia doctor et tuba missus Ioannes
ad homines fuerat: sicut ei dominus testimoniū
dedit. A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælo
rum uim patitur: et uiolēti rapiunt illud. An nō
uidemus quantum duriora de se prestant uiri q
dem fortes: et magni in re militari duces / et cētu
riōes: q̄ ignaui/gregariiqꝫ milites? Mares: q̄ fœmi
næ? Adulti: q̄ pueri? Ita quoqꝫ a primis/et īclytis
cōmilitonibꝫ suis asperiora exigit sacer/et īuictus
exercitus xp̄i: qbꝫ illud ab Apostolo merito dici

Nota

Nota.

tur. Nõ coronabitur: nisi qui legitime certauerit: et ab eodẽ/ne quẽ pigeat strenue inire certamen: de mercede subiungitur. Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam: quæ reuelabitur in nobis. Quis potest hæc non probare? Immo uero ex his non incendi ad imitandum uirium inspecta/habitaque mensura? Quis deterreri laboribus? et nõ assidue in ieiuniis, orationibus, uigiliis, inq; cæteris arduis et gloriosis fortitudinis/et tolerãtiæ perpessionibus esse? Vides quantum hæc disciplina: de qua cœpimus iocose loqui: honesta et probabilis sit: possitq; etiã religiosæ rei nostræ serio/grauiterq; aptari: si muliebres minime animos habeamus. Sed quoniã sẽsus ꝓprios/et multiplices habet alios: qui oẽs ad sapientiam unam dirriguntur: neque omittẽdi illi ita penitus mihi uidentur: ut quæ res succi est plena multiplicis: nos ieiunam illam intulerimus/ac macilentam. Nã et correctio. et docilitas. et forma. et regula. et Ius. et ars solet appellari rectissime. Correctio quoties errata emendat/atq; castigat: quod ẽ proprium disciplinæ/ut sacris in litteris sæpe colligitur: et indicat maxime Dauid noster in psalmo Aphendite disciplinã/ne quãdo irascatur dominus/et pereatis de uia iusta: et

Nota.

Multipliciter disciplina.

qua magnus Aurelius huius uitæ regularis no strę architectus et princeps institutum quidem oportere esse p̄latum existimans eo libello: qui de uita clericorum inscribitur: quæ nostra regula ē: disciplinam inquit libens habeat / et metuēdus imponat. Neque aliter q̄dē Solomonis illud accipi potest. A puero disciplinam noli subtrahere: quæ sane res: si cuius est: superiorum hominū ē: ut iura sacra / atq; humana. imo et ratio / et natura ip̄a perscribit. Nam patri sāctissimo primū: sui si muneris meminit: ea res conuenit: qui locū diuinitatis cū uirtute soluēdi animas atque ligādi possidet inter humana: cui et uigilantia et ꝓcuratio alendi / et curandi gregis ore Christi est imperata. Huic deinde proximioribus: qui populis præsunt episcopis / et apud se cōfratribus charioribus: quibus insignum deuotionis / et charitatis qua debent semper accendi: ardēt roseo murice circa capita apices: cæteris deniq; gradatim ordinibus: nobis et simul: qui pusillam domini familiam gubernamus per uices formæ gregi facti: qua profecto re grauius et periculosius nihil humeris nobis imponitur: uti negocium: quod summæ artis certe / et prudentiæ / et pietatis est. Sic in omni primatu / atq; re publica. In omniq;

Quorum corrigere est.

Nota.

familia qui primi sunt: debent hac una plurimũ uirtute præcellere: ut neq; ex uerecundia. neq; ex ignauia. neq; ex gratia / emolumento / timoreque uel aliquo deserant disciplinam: quæ id sit effec tura / ne delinquentes per indulgentiam crimini bus assuescant: Sed neq; innoxii exemplo malo illiciantur ad nefas. Nam ut ímane ẽ / et capitale proximum præsenti uita priuare: ita magis æter na non corrigendo cum possis.

Nota.

Disciplinabile omne illud et nũcupamus: quod docibile ita est: siue homo / siue alterius generis animãs sit: ut assuescere doctrinæ / et moribus fa ciliter possit. unde a disciplina discipulus deduci recte putauerim: qua dispositione / atq; uirtute non ẽ aliquid omnino aliud quod uelocius / atq; cõmodius sapiẽtiam ueram attingat: seq;: quod fœlicius ẽ: Deo ipsi coniungat. Ideo de Saluato ris discipulis: qui ad simplicem domini uocem se cuti sunt euocantem scriptum legimus illud cũ laude et erant docibiles dei. Et prophetam domi num sic alloquentem accipimus. Disciplina tua ipsa me docebit. Nam fundamentum atq; origi nem ab humilitate / et fide habet disciplina: quæ geminæ uirtutes iis: qui eas tenent diuinã conti nuo suppeditant gratiam: Idcirco facillime ad

Docilitas.

Nota.

penetralia ſapientiæ obtinet aditum diſciplina.
atq; ideo ſolertia et admirabilis bonitas dei diſci
plinabilem fecit hominem ſibi:fidemq; illi por
rexit:quæ unica eſſet et ſimplex/et directa/certa
que/et conſtans ad ueritatem ſemita:qua neglec
ta/cætera:quæ quæruntur:non metæ/fineſq; op
tati:ſed anfractus.errores.præcipicia habenda q
dem eſſet. Quæ mala peſſima/atq; mortifera ac Nota.
ciderunt mũdi Philoſophis ſerenum fidei reſpu
entibus et diuinũ illum odorem:quem creatis in
rebus ſenſerant:non tam pie:q̃ arroganter ſectã
tibus:quo in eis iure quidem factum eſt ut non
modo ad perfectum ſapientiæ/et ueritatis non p
uenerint:Sed diuerſis fallaciis/laqueiſque ma
gis ac magis in dies implicati/captique in extre
mam abiſſum/atque uoraginem ignorantiæ/qn
et ſtulticiæ quãdoq; abſorti pueriliter ſint:ut co
actus ſuſpirare primus ille philoſophiæ princeps
Socrates fuerit:q; poſt immenſos ſtudiorũ labo
res putaret ſe ſcire nihil.Sic et tantæ ſublimitatis Socrates.
ingenii Ariſtoteles nõ potuerit nõ fateri philo Ariſtotel.
ſophiã:qua gloriaret̃ tũc humana temeritas:no
ctuinos habere oculos ad manifeſtiſſima naturæ
ſiue illam eſſe naturam putaret:qui æternus ui
gor ſit/atq; diuinus:quã philoſophi/mũdi aĩam

existimauerunt esse dicendam: per quam qua/
que diffusam tam: ut uiuerent: q̄ ut essent cunc
ta reciperent. Quam sane opinionem de doctri
na Platonis in sexto præclari operis istis induxit
poeta carminibus.

Principio cælum et terras/camposq; liquentes
Lucentēq; globum lunæ/titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
Mēs agitat molem: et magno se corpore miscet.
Inde hominum/pecudūq; genus: uitæq; uolātū
Et quæ marmoreo fert mōstra sub æquore pōto
Igneus est olis uigor/ et cælestis origo:

Siue singularem eam habendam censuerit: quā
cuiusq; rei diuersitas capit: cum oritur: aut cum
humana opera/ac consilio fabricatur/atq; com/
ponitur. Sic et alii multi cum se frustra exudasse
dep̄henderint: omnem quaq; de re scientiam fer
me sustulerunt: quæ cogitatio neq; abfuit a sanc
tissimo Regum/ et propheta nostro Dauid/ cū
cecinit Ego dixi ī excessu atq; estasi mea Omnis
homo mēdax. Quantū itaq; quisq; disciplinabi
lior/ et docibilior extiterit deo: qui magister est
animi uerus: tantū ꝗppe ad sapientiā/et ueritatē
curret alacrior: nusq̄q; ea cū luce formidabit im
pactionem/atq; prolapsum: Sed perpetuo/et cō

Nota.

ſtantiſſimo tanq̃ in ſpeculo mere conſpicabitur uerum: unde ſapiens factus/eo feſtinabit expedi tus/et leuis: ubi habitat uita beata. cuius capiun dæ dulciſſima/et firmiſſima ſpe ipſe iam quoq; i cipiet eſſe ꝓpe beatus. Currat igitur humana cu piditas per hanc ſemitam poſt cæleſtem/ diuinũ que magiſtrum: nec in manibus putet ſe habere ſapientiam. Diſciplinabiles/atq; docibiles ſe ho mines deo proſternant. Supernum hoc bonum/ et ĩmortale non iacet in Imis: quoniam diuinũ utique/non humanum eſt. illabitur e cælo. non ſcatet ex terra. non foro emitur: ſed electis/et ſan ctis diuina manu ad uitã clemenť impẽditur. Nota.

Age tandem quomodo diſciplina forma/ Regu laq; cenſeatur explicemus: quod a nobis ipſis im primis exq̃ramus/ac deducamus: quãdo quidem et forma/et uitæ regula celebrior in nobis appa/ reat: q canonici dicimur: q̃ i cæteris multis: quos laxior uita delectat. unde regulares/et canonici/a regula/ et canone dicimur: quæ duo nihil aliud latina nr̃a/graiaq; lingua: q̃ regulã ſonãt: quæ poſt Apoſtolos domini ĩ primitiua eccleſia a cle ricis omnibus accepta/ſeruataq; ẽ longo equidẽ tempore. Immo et ab iis/ueluti primis ab Arche typis/ et inſtitutoribus uitæ ſanctiſſimæ noſtri

Canoni cus q̃d.

Duces Augustinus. Basilius. Benedictus. Franciscus imitationem accepere superædificantes: quã ipsi erigebant: beatam machinam super apostoli cum fundamentum / Saluatorisq; consilium. Nã post euocationem a sæcularibus rebus proprium nihil habuisse / nulla et iniisse cõnubia apostolos constat: præter Ioãnem forsitã solum: ut creditur uulgo: qui etiam ab nuptiis reuocatus uirgo permansit. Sed neq;: qui ante contraxerant: abinde citra filios ullos legimus sustulisse. A quo dissentire neque Paulus existimandus ullo quidem pacto ẽ ex eo: quod prima ĩ epistola ad Chorinthios scribit. Non quid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi / sicut cæteri Apostoli / et fratres domini / et Cephas? An solus ego / et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Hoc ita non putat Apostolus. Nõ ita quidem / ut ducendæ eis essent ad thorum fœminæ / atq; concubitum: Sed ad ministerium laborãtium pro omnibus / et ad honestatis / ac pietatis officia: quemadmodum et dominum a Galilæa pleræq; secutæ sunt: illi ad diem crucis usq; pie / candideq; ministrãtes. Sed qui male interprætantur Apostolum / usum cõiugalem ex eius uerbo accipientes: nonne conuincuntur aperte: si uer

Apostolos mãsisse celibes No.

No. bene.

ba Pauli :quæ ſecuntũr obſeruant?qui cum di/
xiſſet Non habemus poteſtatem hoc operandi?
protinus ĩtulit. Quis militat ſuis ſtipẽdiis? Quis
plantat uineam et de fructu eius nõ edit? Quis
paſcit grẽgẽ/et de lacte nõ mãducar?quaſi digni
eſſent ſanctarum mulierum miniſterio charita/
tiſq; ſeruitio: qui uerbo et doctrinæ eſſent ſemp
intenti: ut erat ipſe et Barnabas: et cæteri: de qui
bus loquebatur: Apoſtoli . Selecta iſta et regula/
ris itaq; uita: et diſciplina ſingulari formata: quæ
mediam uirtutis ſemitam tenet: hoc ẽ quantum
ſane poteſt: neque ad dexteram neq; ad ſiniſtrã
plus æquo declinat: ſit ne ſapientis requiro atq; ĩ
terrogo: quam non eſſe neminem puto eſſe dic/
turum nisi forte qui lucem ullam non uideat:
aut ſi uideat: lucem eſſe non agnoſcat. Qđ ſi ẽ
ſapientis regulari ita diſciplinaq; formari: habe/
mus et quidem pleniſſime: quod accurate quæſi
uimus: diſciplinam ad ſapiẽtiã: liquido ꝑtinere.
Supereſt igitur duntaxat: ut iuris artiſq; ſimul :
quod facile aſſequi poſſumus: diſciplinam agno
men tenere indicemus. Nam ſi uerba hæc dixe
rit quiſpiam : aut etiam ſcripſerit . Diſciplina
Pontificum / ac Imperatorum ſunt iura æ /
qua / commodaque ſancita : quid hoc audiens

Nota.

Ius et ars dici diſci/plina.

accipiet/aut uero legens: nisi iure pontificio: im/
peratorioq; sunt iura æqua/commodaque sanci
ta? Ius igitur si a iusticia/ut riuulus a flumine/na
scitur: abesse nullo modo a sapientia potest: quã
do etiam condi ius recte/seruariq; legitime nisi
a sapientib9 certe potuerit. Artes quoque siue li
berales omnes/siue mechanicæ etiam/et despica
biles: ut nequeant disciplinæ nominari/nihil
ꝓhibet omnino. Quin uero ea locutio et apte/
et latine sumi procul dubio mihi uidetur: unde
disciplina militaris. naualis. fabrilis. architecto/
ria. pictoria. fulonica: et id genus cæteræ ornate/
ac ꝓprie disciplinæ dicunt: quæ si recte/periteq;
tractant: neq; uacare sapiẽtia penitus possunt/ita
sapiẽtia descẽdit ad omnia/et a fine attingit ad
finem. Quibus dictis huius quæstionis tãdẽ mo
dus ẽ habitus: æternũq; ualere dictũ ẽ omnibus.

FINIT
DISPVTATIO
QVAR
TA

EIVSDEM MATTHAEI DE IN STITVENDO SAPIENTIA ANIMO QVINTVS INCIPIT LI BER.

ARGVMENTVM.

d E ſcientia ad ſapientiam comparandam neceſſaria imprimis hoc agitur libro. De inde ꝙ ſcientia aliqua rerum eſt. Aliqua uerborũ tantum. Et ꝙ p̃ſtat rerũ habere ſciẽtiã: hoc ẽ uirtutũ et morũ: q̃ rationẽ compoſitionis/ proprietatẽq; uerborum. Et ꝙ nõnulli præſtanti bonitate naturæ diuina cũ gratia ad uirtutum agnitionem ꝑuenere facilius: q̃ multi certe cum litteris: Alii afflata eis ſciẽtia diuinituſ ſine ſcho la: ut prophetæ aliq / ipſiq; Apoſtoli euaſere do ctiſſimi. Et ꝙ nulla ſciẽtia certior ẽ / atque ꝑfec tior: q̃ quæ habetur ex fide. Et quanta ẽ eorũ te meritas/atq; ſtulticia: q humana ſine ratione res diuinas per fidẽ nõ credũt. Et cõparatiõe gẽtilita tis: et Iudæorũ q̃ta ueritas et ſecuritas ẽ in religi one chriſtiana. De dignitate tãdẽ / p̃claroq; fruc tu litterarũ quæ aliis in uitã: aliis fiũt in mortẽ. Qui etiã auctores legẽdi: Qui et fugiendi.

e Xpositas quatridui disputatiões ha
ctenus habes o Seuerine. Hodiernã
quoq; tuo contexere nomini rursũ
adorsus sum: in qua de scientia: quã
sibi efflagitabat a domino Dauid:
disputata cõperias: Qui si præsens his esse nõ po
tuisti: qui es a nobis intercapedine nõ parua dis
iũctus: feras nihilominus partẽ solacii: quod tibi
absẽtia surripit: ꝓ officiosas uices charitatis: quæ
si nõ ficta: hoc habet in se magnũ / atq; diuinũ:
ut nũq̃ absit ubi habet: quod amet: cõiũctõneq;
animorũ lõge plus: q̃ corporũ gaudeat: dum de
syderia inuicẽ epistolarũ maxime suauitas uel cõ
pẽset / uel tẽperet: quæ blãdior ẽ sæpe / atq; præ /
stantior: ita quidẽ et diuturnior: q̃ p̃sens / et extẽ
poralis oratio: quæ paruo uanescit / obliteratur
Nota. q; momento. Siquidẽ sapiẽs plus semper animo
q̃ oculis cernit. neq; tenebræ illi: neq; ip̃a deniq;
cæcitas excludit unq̃ admirabilẽ / et gloriosam il
lam uoluptatẽ: quæ separari ab interiori uirtute
Nota. et conscientia nequit. Quis uero ex nobis ẽ: cui
uel ad studia litterarum: uel ad trãquillitatẽ dul/
cissimam meditationum / et precũ non magis ni
gra opera / et antelucana contulerit: q̃ splẽdidus
ip̃e meridies? qui et lucernæ plus q̃ soli non de

beat? et cum propheta illud non sibi conueniat Dies diei eructat uerbum: et nox nocti indicat scientiam?Sed ista de re quoniam abunde alibi tecum egisse Seuerine me memini: rursum scri bendo fatigari opus haud equidem ẽ: Quamob rem: quod in conspectu iam prope tenemus ꝑ sequi satius nunc certe putauerim: ut disputata hoc quinto inter octauum uirginis diem tibi or dine referam. Valerius itaq;:qui heri conticue/ rat:de scientia:de qua dicendũ supererat:ut uer ba faceret est inuitatus: qui cur non magis Au gustinum Strozam inquit hunc nostrum: qui nobis hodie e Mantua est superadditus ad hoc impellitis:ne tantus hospes hic affuisse uideatur in cassum? qui sicut in reliquis animi dotibus: ita quoque in omni genere litterarum minime mihi concedit:uerum et hoc in se amplius ha/ bet quod natura mihi / usus que non peperit: carminis latinæ / maternæque linguæ admirabi/ lem commoditatem / atque dulcedinem (inna/ tum decus) Nam ante sumptam augustinianã sacram hanc togam puer domi quicquid con/ cepisset: artabat in numeros: ut sacratus iam tũ musis uideretur: quas modo sæpe ad pietatẽ/ VALER.

remq; diuinam luculenter / grauiterq; rraducit.

A.STROZA. Tum ille uenustate ea / orisq; lauticie: qua condire solet omnia: quæ uel agit / uel dicit: hunc in modum respondit. Si quam tribuisti mihi Valeri: esset ea in me uirtus / atq; peritia: facili opa qđ petisti: assequi ab me equidem posses. Verũ neque rei explicandæ / disserendæq; : neq; coetui ornatissimo isti responsuram facultatem meam ullam / nisi amens sim / ullo pacto crediderim. Tu amice tamen / ac perbenigne id sentis: quod de me plurimus / et ardẽtissimus tuus animus optat. Nam uersus canere: quod me posse tibi placuit dicere: non tam philosophantium / ac disputãtium: q̃ lyræ proprium / et citharæ ẽ. ea quãuis instrumenta uix unq̃ religiosa nostra atria subeãt: et obsoleta illa ego ẽt nunc quidẽ ignorem. Qđ si æquã rem posco: auditorem me permitte hoc primo congressu Valeri: qui poeticum aliquid: qua facultate / ac ui ornare me uoluisti: sicubi forte licuerit: ducam in aciem. Cui indulgendũ nullius alterius rei: q̃ reuerentiæ causa Celsus cum censuisset: stetit res ipsa tota Valerio. Qui obsequens / Quoniam inquit neque me sic erra

VALER. re apud uos puduit unq̃: quam placuit emendari: qui hactenus mihi: tũ patres: tum magistri

extitistis: subeo iussa: quæ si nõ digne satis exple
uero: non uero mihi: sed uobis: qui sic uoluistis:
impingatur hæc noxa. De sciẽtia itaq; dicere res
tãta mihi plane uidetur: q̃ magnus / et multiplex
earum rerum ẽ numerus: quæ sciri / demonstrari
que possunt: si huiusmodi ullæ sunt tamen: pro
pter multos eos dixerim: quos príma in corona
Andreas docuit omnem desperauisse scientiã: et
inanem existimasse operam: quam in ea homíes
posuissent: Idq; causæ Socrati a phisicis discíscẽ
di: atq; ethicẽ inchoandi fuisse: et ut incerta / atq;
dubia omnia Academici dicerent. Sed satis quo
niam id tum fuit exploratum: progressionem de
uitãs longiorem / ea in re noui allaturus modo sũ
nihil. Querendum uero magis cuiusmodi ea sci
entia sit / relinq mihi putauerim: quam precari
sibi propheta uidetur. Rei ne: an litteræ / an uero
utriusq;. Vbi hoc mihi uidetur imprimis: ut de
re potius quæratur: q̃ certe de littera / si sermo in
terdicendum incensus non nos traxerit ad utrũ
que. Siquidem non propter litteram res: sed pro
pter rem littera excogitata / susceptaq; est. quæ
uehiculum foret ad rem: ex qua maxime homo
et sapiens / et beatus effici posset. Inducite omnes
uirtutum choros in mediam aliquam porticum

Quæ sciẽtía quærẽda.

No. spectaculum.

conspicuumq; cōsessum: si augustissimæ incorpo
reæq; illæ ad similitudines uisibiles ullas / et for/
mas traduci iam possunt. In primis sellis uenera
bilius locentur Fides. Spes. Charitas. p̃cipua hu
manæ fūdamēta salutis/ante omnes uocatæ theo
logæ/diuinæq; uirtutes. priscis ignotæ Philoso/
phis/atq; ethnicis cæteris: q̄ a natura ortū nobis
Nota. cum nō habeāt: Sed ad nos descendant ab inex/
haustis thesauris benefici nostri/magniq; dei / ex
ea tēporis fœlicitate affluentius et copiosius: quo
uenit ad nos amator hominū christus parens bo
norum omnium et eorum hominum doctor: q
libenter ei se dociles exhibēt: ut late disputatum
fuit inter nos heri. Post has ꝓxime assideat tur
ba omnis illa moralium: quæ neq; a philosophia
neq; a nobis alienæ unq̄ extitere. Iusticiam dico/
impertientē quod eorum ipsorum ē: singulis ex
merito / et qualitate cuiusq;. Fortitudinem ꝓ of
ficio honestateq; tuenda / expauescentia omnia
calcantem / uitamq; dedētē. Temperantiam ne
farias uoluptates exibilantem/ac honestas mode
Nota. rantem. Liberalitatem / sanctissimum humani/
tatis præsidium/atque solatium. Fidem incorru
ptam/ ac extrema omnia potius: q̄ decipiat / cū

Regulo. Curio. Fabricio subituram. Sic in aduersis Patientiam. Humanitatem in omnes. Pietatem in patriam: sic et cæteras: quas longum prosequi foret: pulcherrimas / admirabilesque uirtutes. Ad has quidam nullo extra se adiumento quæsito / egregia / atque fœlici bonitate naturæ paruo labore peruenere: ex christianis maxime / gratia sacramentali fortasse uim illis maiorem afferente: q̃ iis: qui exta fidem et gratiam oberrant in inuio. Nō ꝙ ego tamen ita putauerim / ut per se natura ad perfectum usque progeneret hominem studiosum / atque prudētem. Porro res tanti neque naturæ / neque similiter omnino fortunæ: Sed diuinæ prouidentiæ (nisi diuinam prouidentiam uocemus naturam) ac humanæ electionis / atque arbitrii debuit merito esse: ut tanta de re nulli magis: q̃ Deo referretur acceptum / et cum hoc foret homini laus: qui uitam ex electione cum uirtute duxisset. Quare neque bonos / neque malos nos natura ipsa simpliciter / atque unice parit: Verum ad utrumlibet aptos: quamuis potioribus ad uirtutem seminibus / atque initiis. Vnde meliores profecto nasci homines / q̃ illi postea moriantur disputat Aneus. Atque et

Naturæ bonitas

Nota.

Nota.

Cicero paruulos nobis igniculos ſtatim naſcen tibus inſeruiſſe/et incendiſſe naturam:quos cele riter malis moribus/opinionibuſq; deprauatis ſic reſtinguamus:ut nuſq̃ illius lumen appareat. In eſſeq; ingeniis ipſis ſemina ĩnata uirtutum: quæ ſi adoleſcere liceret:ipſa nos ad beatam uitã na/ tura perduceret:Sed cum lacte pene nutricis ita uariis protinus imbui erroribus homines:ut ua nitati ueritaſ:et opinioni cõfirmatæ natura ipſa concedat. Sunt et alii :qui diuinis illuſtrationi/ bus eruditi nullis adminiculantibus litteris pro/ bi/ſapienteſque euaſere:in quorum apprime nu mero diuini prophetæ/Saluatoriſq; diſcipuli \ac permulti ſanctorum cæterorum claruere. unde ẽ ſcriptum in pſalmo Audiam quid loquatur ĩ me dominus. Et aperi os tuum et implebo illud. Sic et in euangelio per Zachariam illud eſt dictum Sicut locutus ẽ per os ſãctorum:qui a ſæculo ſũt: prophetarum eius:et ſimilia multa:quæ de ſanc tis litteris/ueluti aurei de beatis fontibꝰ riuuli ſca tent. Quæ plane ſcientia/ut afflata diuinitus:ita quoq; ſuperior cæteris/atq; conſtantior. nũq̃ fal lens. nunq̃ oberrans. nunq̃ a ueritate / et certitu dine deuians:q; primæ/atq; perpetuæ annixa dũ taxat eſt ueritati:quæ non aliter poteſt : q̃ Deus

Eruditi di uinitus.

No. indu biam ſciẽ tiam.

quidem: in se ipsa deficere: quoniam ueritas / et sempiterna scientia Dei esse nullo modo aliud potest: q̃ deus certe: cum dignitas / atq; perfectio maxima illius maiestatis æternæ nihil extra reci / piat: quod intrinsecus in se non teneat: et q̄d in se tenet intrinsecus: aliud ab ipso esse nō possit. Vnde consequens est: ut scientiæ illi: quæ effluit ab eo fonte perenni / atque diuino / et fidem ha / bere / et assentiri longe nos magis oporteat: q̃ iis certe: quæ conspicimus oculis / manibusque trac tamus. Fieri quidem facile potest: ut fascinentur oculi / et illudantur sensus humani. accipiant ꝓ luce tenebras / proque tenebris lucem. At uero fi de / sermonibusque diuinis certius nihil / aut splē didius haberi potest omnino: quoniam diuina q̄ luce proueniunt ita cum Dei æternitate / simplici tateque coniuncti: ut fore nihil minus equidem possit: q̃ ꝙ illi credentem non dirigant / et recto ad sapientiam tramite non uere perducāt. Qua re occurrat mihi quātalibet gloria Philosophus uel atticus aliquis, occurrat Propheta, occurrat Angelus. Quas maiores / et firmiores ratiões pos sint accumulent / et inculcent. Clamitent insuper altius hac eundum est semita. Fides uero ab iis

No.

No.

Nota.

me detorqueat aliorſum: nihil ego uerebor illis neglectis quo me uocabit fides intrepidus pergere: et illud propheticum in eos obiectare Diminutæ ſunt ueritates a filiis hominum: uana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum. Sed neque quæ ante oculos: ut modo dicebã: mihi obuerſantur præſentia. quæ manibus tracto/ipſeq; facio: ita me putabo agnoſcere: q̃ nunquam uiſa mihi/uel agnita/modo illa beata/et uerax mihi porrigat fides: quando ab Deo: a quo error omnis eſt relegatus: iſta; Ab creata uero opinione: quæ obnoxia ẽ falſitati: offerantur illa perſæpe. Sed quanta ẽ hodie (proh nefas) quorundã deploranda temeritas: atque ſuperbia. ſi non furor/ac freneſis ſimul: nihil diuinum ſine humana ratione admittentium/atque probantium: Sed inſulſum/ac ridiculum ſuum cerebrum diuinis oraculis/et confirmatæ tot auctoritatibus/ſignis/atque miraculis diuinæ/ſempiternæque fidei anteferẽtiũ? quorũ/ut ĩpietas nulla ſceleſtior: ita q̃dẽ pœna nulla erit ĩmanior/et ꝑditio futura miſerior. Qua cæcitate iſti (ſãctiſſime xp̃e) q̃a nõ uiderũt: tã facile negãt ſãcta/atq; diuina ac chriſtianis oraculis pugnaciter obſtãt? et quæ ſiue ab antiq̃s Philoſophis/ſiue ab hiſtoricis accepũt ua

Cõtra incredulos.
Nota.

ria sæpe et fabulosa/his aures placentissimas uo/
uēt?Siquis ulli: q se hominē putet: mendaciū ob
iecerit: is: in quem obiectum fuerit: si poterit re
pugnare: non sustinebit: nihil seruilius/ac turpi/
us ducens: q̄ ingenuum haberi mēdacem. Quo
ad poterit irrogatam depellet iniuriam. In con/
uiciatorem stomachus/et billis ebuliet. Ad uindi
ctam manus armabitur. et si palam manus sæui
re nō poterit: occultæ intendēt insidiæ donec la/
cessitus iste de cōuiciatore possit ulcisci. Et nos ī
pia frōte oreq; blasphemo deo tāq̄ mētiēti detra
hemus assēsū? ducemus sub cēsura quæ d̄ re agit/
et moderatur humana? Titubabimus an uere ꝑ
mittat? Nulla de eo nos fides: nulla expectatio.
nulla merces/nulla pœna sollicitabit? Hoc malo:
qđ nihil abest ab extrema qdē īsania: qd pōt ēē
tādē in hōine īfœlicius/ac capitalius? An dici pōt
aliud: q̄ q hoc peccat: deū hūc magnū/atq; inuic
tū abnegare? nihil de īmortalitate futura suspica
ri? nullā eminentē uirtutis cuiuspiā imaginē cer
nere? cui nulla deniq; supsit: quæ ducat ad sanita
tē īfidelē animū ac despātē medicina? has audiāt
isti diuinis ī litteris uoces. Accedētē ad deū opor
tet credere. Et q nō credit: iā iudicatus ē. Et qđ
nō ē ex fide: peccatū ē. et īpossibile ē sine fide pla

Nota.

Nota.

cere Deo. Sic etiam iustus meus ex fide uiuit. Et hæc ē uictoria: quæ uincit mūdum fides nostra.

Nota. Quisquis in cæteris peccat: ad pœnitētiam et cu rationem per fidei limitem redire facile potest: Qui a fide uero discedit: hic directum / et planū sic iter amisit: ut quo eat omnino nesciat. Hunc superest ut in nemorasa nox atra corripiat feris ī manibus discerpendum / atq; uorandum. Si meli

No. orem ullam uiuendi rationem aliam: q̄ quæ por recta a Christo nobis ē et prædicata íueniremus: si fides malum nobis persuaderet ullum: Si in ali quo essent Prophetæ mentiti: Si Apostolorum / et Euangelistarum testimonia non cohærerent: si et non fuissent illi omnes integerrimi / atq; san ctissimi uiri: Si dira supplicia potuissent auertere a sancto / et fideli proposito infinita prope Mar tyrum milia: Si ecclesia Christi nullos tantos / tā que insignes doctores habuisset: Si deniq; signa ulla nunq̄ uisa / prodigiaque fuissent: possent se se homines ubi uiderēt meliora: haud iniuria cō

No. uertere. Nunc uero cum nihil non sanctum. nō honestum. non decorum. non uenerabile. nō ca stum. non pium. nō diuinum complectatur chri stiana Religio: quæ (obtestor per diuina omnia atq; mortalia) cæcitas ac demētatio ē: de ea adhuc

tanquã de incerto negocio quærere/ac cauillari?
Quo nobis transeundũ: si ab hac discesserimus? No.
Malumus ne/uel diabolica supersticione fallẽte/
uel fœda lenocinante libidine ad Iouem/Venerẽ
que redire: an puri potius/et innoxii regnare cũ
Christo? Quod facere si non statuerimus: quid a
get tanto in sacrilegio pudor : erubescentiaque
uel interior? An silebit semper intus conscientia/ No.
mordaxq; synderesis? Ad immortalitatem glorio
sam optimis gestis acquirẽdam natura docet ho
minem genitum: quæ suo splendore generosos
ad se animos illicit nullo etiam commodo/atque
utili extrinsecus pusito. Hoc ita esse ex quo hu/
mana cœpere/probatum ẽ assensu/opinio neque
cunctorum: quo quidem in loco nolo nunc ul/
la nostris de christianis testimonia excitare. Sed
inducamus ecce de zenonis porticu stoicum bar
batum/et togatum quẽpiam honestatem extollẽ
tem/et mortalia contemnentem : Aristippeum
contra alterum quendam temulentum/et uolup
tatem corporis tanquam suem gruniẽtem. Quis
stoicum non dilexerit? probauerit? extulerit? Alte
rum uero non oderit? irriserit? exibilauerit nuda
ita etiam cogente natura? Perinde religionem
Christi sanctam reliquis sectis supersticiosis/atq;

nefariis collatã quis non antetulerit omnibus? et si non pecus: q̃ homo esse mauult: non præsentis gratiæ securitate/ ac fœlicitate gaudebit? Nam quid gentilitate quondam scelestius atque sordidius? ubi scortationes/ omnifariasq; libidines nõ modo hominum: sed suorum deorum celebrari uideas solennibus pompis/ sacrisque cærimoniis: et ut sint dii isti propicii interdum illis innoxiũ mactari hominem: et eosdem imperare cruenta spectacula / ludosque gladiorum / et cum feris ĩ manibus luctas sibi exhiberi? Matronas quoq; / præter alia prodigiosa multa / atque nefanda coronare Priapum: et illi honoribus gratulari diuinis. indignum scelus non matronis certe pudicis: atque ingenuis: sed publicis scortis/ atq; lenonibus? Quid habet autem Maumetus in se / suisque edictis nisi foedum. nisi falsum. nisi et simulatum? Quod si præcepta fuissent ab Asino: quæ præcepit maumetus: risum nesciam an retinere/mus / et stomachum. Potest ne miserabilius / et monstruosius Iudæorum perfidia inueniri facile quicquam: quibus ita dudum amara ueritas reddita est: ut uerum/ et certum aliquid gustare amplius nequeant: quippe in quibus dolor amissi Imperii quod pulcherrimum tenuerunt: odium

Maumet.

Iudæi

christianorum: quod hauriunt a puerperiis / et si nibus matrum. cupiditas foenoris: quo ditãtur. Impunitas uiciorum: quam eorum primores cõniuẽtibus prætereunt oculis: adeo ratõnem subegit mentemq; excæcauit: ut cõmentari impudẽter mendacia: seque fallere sponte iam non erubescant: negareq; impurissimo ore / atq; blasphemo Iesum: quẽ in crucẽ egerũt: suũ extitisse Messiam: quem non eorum prophetæ modo / oraculaq; permulta præcinuere: sed omnis simul ẽ attestata natura. Nam uestra per uaticinia / prædictionesque sanctissimas uenturus uobis Christus erat miro ex intacta puella æditus partu: et nasciturus in Bethlem: et a Boue / Asinoq; in presepio mirabiliter agnoscendus: Circuncidendus. Tẽploque sistendus. Prædicaturus regnum Dei / et superhumana miracula inter uos / Signaq; daturus. A planta pedis usque ad uerticem tradẽdus in uerbera / coronandus / et conspuendus. Clauis deniq; / duos medius inter latrones / cruci suffigẽdus. Deniq; glorioso sepulchro eius funus habẽdũ. Diẽ surecturus ĩ tertiũ. Sublim is tãdẽ elapsurus ĩ cælũ. Demisurus ad orbatos filios spiritũ sãctũ: q deiectos aĩs cõfestim erigeret et sui similes faceret: p illď uos tp̄is sceptrũ amissuri cũ regno.

Cõpleta uniuersa ď Christo

Pallantes certa ſine ſede uagaturi per orbem. Non prophetas ulterius audituri. Si hec omnia quo ſcripta erant: ordine obuenere: Quid circũciſionem rem modo uanam atq; ridiculam? qd Sabbata odibilia ueſtra? Quid ſupſticioſam abſtinentiam Porci / et ſuminis / et pleraq; ſimilia cuſtodienda mentimini? cum eſſent uobis data: cum in ſeruitutem olim: tum in figuram / typũq; futuri: non quidem perpetua: Sed eatenus tenẽda: quoad plenitudo illa gratiæ illaberetur in terras: de qua gentilis ueſter ſcribit Apoſtolus At ubi uenit plenitudo temporis miſit Deus filium

Paalus. ſuum factum ſub lege natum ex muliere: ut eos: qui ſub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. An non Ioſephus gentilis nõ ſolum itidẽ ueſter: ſed primæ nobilitatis / et præcipuæ doctrinæ ac experiẽtiæ uir in Antiquitatũ ſuarum libro. xx. ſcribens Tiberii tempora de

Ioſephus: Chriſto ita commemorat? Fuit iſtis temporibus Ieſus ſapiens uir: ſi tamen eum uirum appellare fas eſt: Erat enim mirabilium operum effector / et doctor eorum hominum: qui libenter audiunt ea. quæ uera ſunt: et multos iudæorum: multos ẽt ex gentibus ſibi adiũxit. Chriſtus hic erat.

Hunc accusatione primorum nostræ gentis uiro rum cum Pilatus in crucem agendum decreuis set: non deseruerunt ii: qui ab initio eum dilexe rãt. Apparuit eis iterum uiuus secundum quod di/ uinitus inspirati prophetæ uel hæc/uel alia innu merabilia miracula de eo futura pdixerãt. Quid contra uirum tantæ dignitatis et fidei /et compa triotam uestrum excipitis capita perdita / et per uicacissima? Eum Iesũ. eum Christũ. eum plusq̃ uirum, eum effectorẽ miraculorum appellat: et eundem inquit surrexisse / et apparuisse sicut in spirati prophetæ uestri prædixerant. Sunt et con tra hoc pessimum genus canum (sic de his Da/ uid in psalmis prophetat conuertentur ad uespe ram / et famem patientur ut canes) sunt quidem Epistolæ lentuli. et Pontii præsidis ad Ti. Cæsa rem: sub quo passus ẽ dominus/et ad senatũ testi moniũ ferentes de Christo: in quibus tergiuersa/ ri ac repugnare fallax sibi et maligna synagoga qua rabie didicit non ueretur/cõmẽticias/et apo cryphas epistolas esse istas contẽdens/neq; habe/ ri eas a sacris libris/et ueteribus auctoribus uspiã. Quod et si forte ita sit: ut exp̃ssis non cõstet au ctoribus Lentulum/Pontiumq; scripsisse: cur ta men illi sic scribere non potuere? Qui cũ essent

Nota.

Magiſtratus: ſi nõ ſcripſiſſent uel has ad unguẽ / uel prope ſimillimas: niſi eſſent in re tãta ſopiti. Cæterum quid in his habetur epiſtolis: quod ue rum / ſolidum indubitatum / concorsq; noſtris cũ teſtibus / et ſũma cum ueritate non ſit? Aut uero ſi Lentulo / Pilatoque detrahuntur: quibus ullo modo aliis erunt aptius tribuendæ? Sed tamẽ ea rum uerba cum dixiſſet Valeriuſ ſe non ſeruare memoria. Tum Stroza Ita ego paruulus a Pe / dagogo acceptas ſeruaui ſemper / et qualeſcũq; cenſeãtur: quoniã tamẽ fidem ex rei ueritate ha bent: precioſas habui inquit: ut eas poſſim reci tare memoriter. Quod ut ageret cũ placuiſſet: Lentulus inquit ſic Tiberio atq; ſenatui atteſta tus ẽ đ domino Ieſu. Apparuit temporibus iſtis / et adhuc ẽ homo magnæ uirtutis: cui nomen eſt Ieſus Chriſtus: qui dicitur a gentibus propheta ueritatis: quẽ eius diſcipuli filium dei uocant. Su ſcitans mortuos / et ſanans langores. Homo qui dem ſtaturæ Procerus et ſpectabilis. uultum ha bens uenerabilem: quem intuentes poſſunt dili gere / et formidare. capillos habens coloris nucis auelanæ ꝑmaturæ planos fere uſq; ad aures. Ab auribus uero infra cincinos / criſpos aliquãtulũ. ceruleores / et fulgentiores ab humeris uentilãtes.

A. STRo

Epiſtola Lentuli

Discrimē habēs in medio capitis iuxta morē Nazareorū. frōtē planā/ et serenissimā/ cū facie sine ruga et macula aliq̄: quā rubor moderatus uenustat. Nasi/ et oris nulla ꝓrsus ē rephensio. Barbā habēs copiosā et ipuberē capillis' cōcoloratā: non lōgā: sed medio biffurcatā. Aspectū habēs simplicē/ et maturū. oculis honestis/ glaucis. uariis et claris existētibꝫ. In increpatiōe horribilis. i admonitiōe placidus et amabilis/ Hilaris seruata grauitate. Qui nūq̄ uisus ē ridere/ flere aūt sic. In statura corporis propagatus/ et rectus. manus habens et brachia uisu delectabilia. in eloq̄o grauis/ et rarus/ et modestus. Spetiosus īter filios hōinū: Quā uero Pilatus ad Ti. Cæsarē dedit: huiusmodi ē. De Iesuchristo: quē tibi plane postremis meis declarauerā: nutu tādē populi acerbū me quasi iuito/ et subtimēte suppliciū sūptū ē. Virū hercle tā piū/ et seuerū nulla unq̄ ætas habuit/ aut habitura ē. sed mirus extitit ip̄ius populi conatus. oīum scribarū/ principū et seniorū cōsēsus suis ꝓphetis et more nostro sibyllis cōtramonētibꝫ hūc ueritatis legatū crucifigere. Signis ēt supra naturā ap/ ꝑētibꝫ dū pēderet/ et orbi uniuerso Philosophorū iudicio lapsū minātibꝫ. Vigent illius discipuli opꝫ/ et uitæ cōtinētia magistrū nō mētiētes imo i

Pōtii epistola.

eius nomine ubiq; unicuiq; beneficētiſſimi. Niſi ego ſeditionem populi prope æſtuantis exoriri ꝑ timuiſſem: fortaſſe adhuc nobis uir ille uiueret: Et ſi tuæ magis dignitatis fide compulſus: q̃ uo/luntate mea adductus / pro uiribus nō reſtiterim / ſanguinem iuſtum totius accuſationis īmunem: uerum hominum malignitate inique / in eorū tamen: ut ſcripturæ interpretantur: exitium pati et uenūdari. Vale. Hieroſolimis. V. klē. Aprilis.

VALER. Mox Valerius auditis epiſtolis Deus tibi benefaxit: et increduli ualeant mi Auguſtine inquit: q hunc non modo tua recitatione locum exornaſti / atq; compleſti duabus his p̃claris epiſtolis amplissimæ certitudinis / atq; leporis: Sed me etiam ad tantam mentis permotionem rapuiſti: et uulneraſti laude diuina: ut uix lachrymas teneam.

Potuiſſent ne quæſo exprimere ullo modo præ/ſtantius / ac uenerabilius p̃ſentiam Saluatoris: aſpectum omnē / formam / mores et geſta. Iudeorū que nequitiam Angeli ipi: ſi locuti nobis fuiſſēt / q̃ exp̃ſſerint Pilatus / et Lentulus aut alius quiſpiam: ut repugnāt increduli? Adderem quod nō eſſet alienū audire aduerſus excæcatas malas mētes / malosq; animos Sibyllarum teſtimonia: quæ omnes luce clarius quæcūq; ſucceſſura erant de

Christo:ut successere:prædixerũt multifarie lon ge ante:q̃ fierent:erythrea præsertim certior om nibus atque expressior:quæ uaticinata est bellũ ante troianum:Sed apud peritos uos patres hãc in querelam delatum me suspicor plus æquo for tasse :et si pro rei indignitate/et eorum stulticia: qui diuina non arripiunt: nisi quantum ea ratio humana tuetur : certe haud satis. Circa litteras quoque:de quibus est disputatio:præter ea:quæ attigi :nihil impresens mihi succurrit: quod nõ cõmodius : ut puto:dicturus sit alius:quod præ sertim facito tu o Matthæe: qui sæpe de studiis litterarum alias disseruisti/etiam et quãdoq; scri psisti.quare uel tu sume Lyram:uel alteri porri ge:quem/tu me putes fore magis idoneum ad ex plicãda quæ restant.Ad quem ego tu Valeri in q̃:ut hactenus egregie/abundeq; dixisti:ita dein ceps in calcem usque hodierni congressus te pos se æque plene/ et luculentissime dicere ex nobis qui dubitet:esse neminem reor. Eo enim iam p ueniisti / peruenireue non cessas:ut a nobis liben ter audiare:et uersuram a te ego quandoq; nũc faciam singulari lætitia. Quia tamen libẽter me semper audisti/quo maxime tempore apud me erudiebare adolescens:et id te uideo nunc uelle

MATT:

magnopere: desyderio: ut potero: obsequar tuo. Atq; his habitis, deinde ita sum prosecutus. Iam uero tertius: de quo agatur: sciendi per litteras superest modus: qui, ut frequentior, atq; celebrior et ad multos, pertinētior ē (Rari admodum illi: qui ut ante diximus uel p̄stantissima ipsa natura uel afflatu certe diuino profecerint) sic et accuratius mihi ē pertractādus: quod ānitar quantū ipse potero Iesu domino mihi fauente. Nam: si uerum excutimus: nihil maius, aut excellētius humano generi dari litteris potuit. His nāq; ad nos peruenit quicquid magnum, diuinūq; sapimus, omnisq; ille beatus odor: quem de uirtutibus, de moribus, deque liberalibus omnibꝫ haurimus artibus. His quemadmodum publica atq; priuata, Sacra atq; profana, minima, mediocria, atq; maxima habēda sint edocemur: ut ausim promptissime dicere sapientem inueniri aliquo pacto uix posse: qui sit omnium litterarum penitus ignarus, et expers. excipio uero quos ante dixi: diuinitus institutos: sciētia quorū suprema, et exactissima una est. Atq; idcirco quod cibꝫ facit ad uitā: id facere mihi plane uident̄ litteræ ad cognitōnē atq; scientiam: eoq; præstantius: quo unum corpus. Animum alterum alit. Atq; tu o Isis (si tan

Litterarū maxima dignitas.

Nota.

Nota.

Isis.

ta laus ē fœminarum)ſed curramus et nos cū iis: qui inter uarias opiniones ita dixerunt:o inquā īmortali gloria/et recordatione digniſſima: quæ litterarum uſum apud ægyptios aperuiſti prima: et tu Nicoſtrata:quæ poſtmodum latinis nobis eas non dediſti ſolum:ſed illarum ordinem/ con iunctiones/et ſonos exquiſitos edocuiſti. Erat an tea ſine oculis res omnis humana:fuiſſet et ī po/ſterum omnem ſucceſſum : ſi nobis litteræ in ea caligine nō eluxiſſent. Quoniam tamen permul ti abuſi cōmodo tāto/ac dignitate infames illas plerūq; reddiderūt:ſic iudicio qdē meo litteræ: ut præclara cætera:cum maculantur: defendēdæ ſunt/atq; purgandæ:Quæ nō ex ſe profecto:ſed ex ipſo utendi modo/uel honeſtæ/uel turpes eq/dem fiunt. Per litteras multi præclaro ſimul cum ingenio uiri uere facti ſunt ſapientes:qui non ſi bi modo:ſed omnibus profuerunt:ex quibꝫ mul ti urbes/ et populos ad ſocietatem et unitatem ſā ctiſſimam deuinxerunt. Alii inſtitutis. legibus. moribus ad iuſticiam/et inter ſe charitatem ho/mines pellexerunt :Nonnulli ſuis ſcriptis huma na/cæleſtiaque explorata nobis relinquerunt. Denique nullæ tam barbaræ gentes et nationes:

Nicoſtra ta.

Nota.

Nota.

Litterarū beneficiū.

Quando nocuæ litteræ.

quæ beneficio litterarum ad uirtutem/et laudem formatæ aliquanto non sint. Sic illi contra: quibus sæuum ingenium/sæua mens/sæuus animus fuit: eadem ipsa litterarum agnitione/atq; peritia maiora presumpsere flagitia: q̃ meditari ignari ausi equidem essent: fuereq;: ut de eloquentiæ uiribus Cicero inquit: litteræ illis exertus ueluti gladius in manu furentis. Qua de causa et occidere litteram/et inflare scientiam scribit Apostolus: et Hieronymus noster sanctã rusticitatẽ malle se sine litteris ait: q̃ doctam eloquẽtiam et peccatricem. Profluentius eorum exempla romana in re publica scatent: ut uel græcas ipsas. uel cæteras barbaras gentes ꝑteream: qui honores sibi publicos usurparunt: magistratus asciuerunt: bella in patriæ uiscera/tanquam ignem incenderunt: fas/atque nefas e libidine habuerunt/ tantum/tanq; augustum domicilium orbis terrarũ Imperium romanum euerterunt. Litterarum igitur studia /et ortæ a litteris disciplinæ: ut probos ceu instrumenta aptissima ad uirtutẽ coadiuuãt: ita improbos ad perniciosiores iniurias scelestioraq; facinora animant: atq; expediunt. Quã sane condicionem/atq; naturam nõ litteræ modo: sed cætera omnia præclara / et maxima habent:

No.

ut equidē: quod plane est: dicat Apostolus Christi bonus odor aliis ē odor uitæ in uitam, aliis est odor mortis in mortem. Sed quoniam de rebus: ad quas litteræ / exquisitiq; sermones et codices nos ducunt: maior: q̄ de litterarum forma / ordine q; excribendi nobis est cura: quāq̄ neq; eæ partes negligendæ omnino sunt: queramus: modo libeat: quibus tractatibus cōmodius / atq; honestius utendum nobis sit: In quo latissimus cāpus / et uasta farrago. Interest nihilominus tātum quid eligamus / et a quo declinemus: qua in re delinquere impie uideo quosdam / sues lutulentos imitantes: qui si forte hortulum amœnissimū aliquē ingressi fuerint: dimissis redolentissimis floribus olusculisq; salubribus / limo se mergunt: et putre si quid offenderint: uorant imprimis ardentiore libidine. Quærunt non dissimiliter isti (proh stomachatio) a comicis. historicis. Satiris. reliquisq; Poetis quicquid inuerecūdius scripsere de amoribus aut turpius sūt in fabulis ausi: Et habetur id præciosius: quod maioribus incitat et inurit pruritibus flammas. Neque erubescitur pueriles ætates: quæ tenaciores eorum sunt: quibus præmaturæ fuerint imbutæ: infādis luxuriis in scholis inficere. Habēturq; in primis honoribus Mar

Quæ eligenda.

Caueto poetarum illecebras.

tialis hodie cochus. Propertius. Catullus. Tibullus: et pudicos / sanctosq; auctores his delinitissimus fastidit pene iam quisq; / quasi sine talibus turpibus / atq; pestiferis nequeat mollior ætas ꝑficere. Qua peste: quoniā ueluti pigmentis melleis lita se lenius ingerit legentiū animis: nescio qd tetrius: quid flagiciosius: quid capitalius con

No. tra omnē uirtutem excogitari potuerit. Quanto enim maiore arte / facundia / exquisitioneq; uerborum ea fœditas expolita est: eo equidem magis mentibus se insinuat: figitq; præcordiis. Non fructus litterarū isti: sed instrumenta / laqueiq; diboli sunt. Nō sapere: sed insanire: nō ꝓficere: sed ruere ē. At repugnant isti. Sunt in poetis multa præclara. multa magnifica. multa et prope diuina: si ita eliciantur: ut nux castanea / rosaq; de spinis. Veri nihil inficior. Inest. n. cōmixtum his insigne aliquid ueluti escarium quippe elegans atq; eminens: quod a spinis minime mihi uidetur posse diuelli: ita sunt simul cōglutinata inextricabili pice honesta cum turpibus. Ab uenere / at

No. que Cupidine spolia uictor nemo retulit ūquā: nisi certe fugiendo. Cum uiciis cæteris congredi / auideque luctari magnificū et gloriosum appri

me est. A libidine autem celeriter fugere / ac congressum detrectare. Hic quidem mihi obseruanda uidetur illa lex: quam in conuiuiis græcorũ habitam ferunt: ut qui sobrius accessisset: aut q dem abiret / aut biberet. Prudenter itaque Plato poetas eiiciendos urbibus cẽsuit. Et Zeno ad perceptionem disciplinarum nihil esse tam ad / uersum: q̃ poeticam dixit. In Tusculanis quoq; Cicero nec alia ex causa dolenter improbat tra / di magistris pueros ad deprauata inicia / uanasq; opiniones: quibus mollis illa ætas aspergitur. Accedunt inquit poetæ etiam: qui cum magnã speciem doctrinæ / sapientiæq; præsetulerint: audiuntur / leguntur / ediscuntur / et inhærescunt penitus in mentibus teneris: In quos non minus acriter tonat in diuinis Lactantius institutionibus suis: et multi doctissimi simul / et sanctissimi nostri temporis uiri. Denique quis defecabit unquam ita mihi Tibulli / Propertiiq; amores / Priapeam. Pulicem. Catullum item meum: si meus dici poeta impurissimus debet: et sola qui argutia / asperitateque nitatur: si non scripsit meliora: quam quæ pauca de illo leguntur /

Plato. zeno de poetis. Tullius. No.

et lasciuos:quos memoraui reliquos:ut in iis nõ potior omnino sit fetor:q̃ odor:putredo:q̃ certe synceritas? Cohortor itaq; uos:quos diuinarum litterarum primus tenet amor o iuuenes/tanquã uenena/et pestes sic hos declinare turpissimos: Sin tamen seorsum a re sacra eos imbibistis agẽtes in sæculo cæci:nunc lux in domino facti seruare quæ honesta/et cãdida sunt:turpia uero et ĩmunda ex uestra omni exterminare memoria. O tempus.o et ocium:cuius parsimonia nihil ẽ melius/ac p̃ciosius:nobis satis sit ad ea colligenda:quæ optima sũt atq; sanctissima. Sed magni huius/ac publici boni iactura nunq̃ satis/nisi in fine dep̃henditur:et quãdo/ceu ignauis agricolis/messis æstasq; p̃teriit/nullis frugibus in horeo coactis. Sed cum huius rei deplorãdæ præsens locus non sit:propositum non deseramus. Strinximus mucronem in malos/lasciuosq; poetas pro temporis ratione hactenus satis. Præclaros tamẽ tanto uicissim honore habẽdos semper existimãtes:quanto supra humanũ uidelicet sensum uim quãdam diuinã/et participationem uisi sunt habuisse:et uiris grauibus etiã/atq; sanctissimis familiares extitisse. Quã (Deus imortalis) sæpe Seneca, sæpe Macrobius, sæpe Lactantius, sæpe no

No.

Nota.

Præclari Poetæ.

ſter Aurelius / noſterq; Hieronymus Virgilium maxime in ore habuere: ſua ueluti gēmis / et floribus ornātes poetæ uerſibus ſcripta? Quos ego imitatus effeci etiam quoties eorum mundicia / admirabiliſq; ſuauitas ueritati conquadrauit: et uicia dum illi caſtigāt: non magis irritēt. In quo ſi non turpiter adeo Iuuenalis peccauiſſet: nihil aduerſus flagicia haberemus ardentius: Sed ita ī ficientes ille libidines propriis coloribus pingit / atq; nudas prodit: ut non modo legere: ſed eas explere tibi uidearis: pluſq; uoluptas inhæreſcat: q̄ certe diſpliceat: et interdum uelis / nolis ēt ſi te Vlyſſem credas capiare Cadmi illius inſtar: qui dum ſerpentem inſpectaret: uenefica eum in ſerpentem uertit contagio. Hoc loci interpellatus Stroza ſuis ut poetis adderet aliquid: ſubridens Tu inqt Marthæe pergito liber. Ita.n. hanc partem cōpleſti omnem: ut mihi nihil ſane relique / ris: quod iis: quæ ip̄e enarraſti opus ſit addere: niſi curioſius uelim hoc tempus cōterere: præſentique abuti ocio: quod profecto non expedit iis p̄ ſertim: qui mera ſunt ueritate contēti. Tum inq̄ ipſe ad hanc cum poetis aleam euocandæ et cæteræ artes mihi uidentur: et quæ inſignes maxime ſunt: et uere libero homine dignæ. Quod ſi lu/

Iuuenalis

A.STRo

MATT:

bet audite Senecā: q interrogatus a lucilio nū li
beralia studia uirum bonum redderent: negauit
hoc indubie illas promittere/ et sciētiā affectare.
qppe grāmaticem asserens circa curam sermonis
uersari et si latius euagetur interdū circa carmen
atq historiam. Ita geometriam circa ædificia et
latifundia metiēda. Aritmetricā circa numeros.
Musicam circa cōcentus et sonos laborare: sic et
reliquas philosophiæ partes: præter moralem: p
se nullo modo ad sapientiā tendere nihilque ad
uirtutem omnino conferre esse rudimenta / non
opera. bono uiro magis dediscenda: q̄ ediscen/
da. Nā quid habet inquit ad uirtutem grāmati
cus ex syllabis/ et uerborum diligentia / et fabula
rum memoria/ et uersuum lege? Quid ex his me
tū demit? cupiditatem eximit? libidinem frenat?
Quid musicus docens uocum/ et neruorum iter
se concordiam? Quid angulum in partes diuide
re? quid astrorū nomina/ interuallaque siderum
dicere / et huiusmodi cætera? Ita plane est: ut ad
monet tantus iste Philosophus. Nam etsi ista ho
nesti / et magni nominis sunt: parum tamen iu
uant: si et non impediunt: ut putat ille: ad
eam scientiam: quæ nobis ad beatitudinem est

No.
Senecam.

No.

ſuapte natura perductrix ſemper et comes. No.
Eſt ea igitur uere certa / beataque ſcientia / et a noſtro Rege ſancto magnoque ꝓpheta exoptata: qua erudimur unde euadamus uere beati. Quæ ignorantiæ / cæterorumqꝫ morborum et ægritudinum animi expultrix eſt / atque curatrix / inducens in ſanatos a ſe animos: tanquã in regiam ubi conſidant: Prudentiam. Iuſticiam. Pietatem. fidem. Conſtantiam. Patientiam. Religionem. Sapientiam. charitatem. et Spem in Deo uiuam / atque firmiſſimam. Sed illi ſane non tantũ hoc bonũ / et decus ſtudiorum ſatis agnoſcũt: qui operam ſuam ponunt omnem ita nuda in litteratura: ut fructum nullum quæſiſſe uideant alium: q̃ agnitionem duntaxat litterarum / atque uerborum: ſuperſticioſe et ſæpe in hoc ita ſe habentes: ut nihil iis occurrat in litteris tam dignũ / et eminens: quod garruli illi / et leues non carpant: immo et rabido dente non lacerent: amarum quidem abſinthium nullo cum melle ſemper ore geſtantes. De uocabulo ſingulo. De punctis. de characteribus. de diphtongis. de ſimplici / geminata ue littera ſemp̱ ſuſſurrãtes: nihil uero de rebꝯ: quæ ſcribũt: penſi / deguſtatiõiſqꝫ

No. Studioſe.

No.

Duo litterati ridiculi.

recipientes: de quib⁹ recte inquit Apostolus semper autem adiscentes: nunq̄ uero proficientes.

Quis nō ridiculos eos duos nostri tēporis famosissimos in docendo uiros / atq; magistros: quos modestiæ causa non nomino: non irrisit atq; cōtempsit? qui diu rixati: immo et ad collaphos ꝓpe mutuo inuecti ea in contentione fuere. Ociūne per.c. litterā: an per.t. Ita quoq; an spera / per sp. uel sphera per.ph. scribenda essent? quasi doctus esse non possit: quem fugit res aliqua minima: et qui cum summa peritia si quid leue non perpenderit / aut dormitauerit quandoq;: ut bonus Homerus: prodeat habendus ludibrio. Sic et cui non sit peculiaris hodie Martialis / et Plinius: Eorūq; argutiis / et obscuritatib⁹ uel loquēdo uel scribēdo nō innitat̃: inertior sit / depiisseq; illi uigiliæ / et labor omnis studiorū uideat̃: ut penes istos Maro ꝓpe iā lāgueat / ac uis illa diuina: et sæpe sāctissima Cicerōis. A qb⁹ illud reqrēdū puto anteq̄ caneret̃ BARBARa Pyramidū: et Plinii naturalis splēduisset historia / nū plures ex illis prioribus corruscauerint eruditiores plane: q̄ mō? Et nūc quoq; plurimi sine istis meliora assecuti nō sint uere doctiores / aut saltē prudētiores? Nosse aūt oīa si qs pōt / nihilq; negligere: ꝓfecto ille

ſit mihi Deus. Sed qui non poſſumus / nos inici
ati deo præſertim / tam multa complecti : adoria
mur potiora / inania / ac fabuloſa declinātes enyg
mata: nec quæſo plus alliciat nos fucus: q̄ ueritas
Præſtantiſſima igitur illa ſcientia: quam quæri / No.
mus et quæ magno illo : quem exigit Seneca: eſt
animo habenda digniſſima non eſt in litteris ali
ter : niſi quatenus / uel deus optimus / uel uiri ſan
cti / ac præcellentes per litteras tāq̄ per uoces nos
ad uirtutes erudiunt atque incendunt: unde me
rito dicat apoſtolus Quæcunq; ſcripta ſunt: ad
noſtram doctrinam ſcripta ſunt: ut per patientiā
et cōſolationem ſcripturarum ſpem habeamus:
de ſeque Hieronymus inquiat mei operis / atque
ſtudii eſt multos legere libros: ut ex plurimis di
uerſos carpam flores / nō tam omnia probaturus:
q̄ quæ bona ſunt electurus. Ego ſtudia tamen
iſta elegantiæ atq; uerborum non agreſti omni
no / tetricoque iudicio ita exploſi unquam : ut a
cogitatione affectantis ueram ſcientiam: exqui
rentisque uirtutem abradēda putauerim : Quin
uero: ſi ad bonitatem ingenii / atque naturæ: ſi et
ad diuinam in hominem gratiam adiuncta fue/
rint : nihil plane in natura omni / dignitateque
mortali inueniri exactius poſſe clara quidem uo

Nota. ce proclamo : nedum existimo. Etenim cum multarum rerum cognitione singularique eloquẽtia habere uirtutem / ac bonitatem : munus est ꝓpe diuinum : quod si prope diuinum : certe et maximum : pro quo adipiscendo atque tuendo non modo leuiter : sed ad improbum usque iugemque sudorem prudentissimo cuique / et ad fœlicitatem anhelantissimo est annitendum. Quod utinam possimus et ipsi quidem indesinenter quãdiu nobis uita supererit. Ad quod o fiat Deus. O fiat cõgeminãtes omnes discessere. Habuitque concio eius diei finem : et plausum.

FINIT QVINTA COLLATIO.

EIVSDEM MATTHAEI DE INSTITVENDO SAPIENTIA ANIMO. V I. INCIPIT LIBER. ARGVMENTVM.

q Vantũ ualeat oratio ad sapiẽtiã cõpãdã docet hoc libro. distinguit et triplex orationis gẽus : quod alia deũ. alia supos. alia mortales hac ĩ uita respiciat. Et horũ triũ generũ quod que iterũ ptit ĩ q̃tuor : quoniã q̃tuor modis colẽdũ deũ ẽẽ ꝓ hõinũ p̃ces : Et quatuor modis ẽt rogãdos ẽẽ Celites edocemur. Tertiũ uero genus : quod dictum ẽ ad hõines ptinere non isto tamẽ Sed in sequẽti : hoc ẽ ĩ septimo cõsumabit libro.

c Ondelectabar sæpe/unaq; uacabã meo cũ Cãbio Bosso: dũ uiueret: cũ sermõibus optimis: tũ uero studiis sanctis/atq; diuinis: Qui uir ĩ quo cõsideret gradu sanctitatis atq; doctrinæ haud ignoras tũ Seuerine. Hic tãetsi erat erga oẽs plane dulcissimus: uitabat multitudinẽ tamẽ: nec se facile credebat incognitis: ne frugale tẽpus ullũ cogeret amittere: unde ad orationes/et cõtẽplatiões: quas ille habebat altissimas sæpe/et lachrymosas: ociũ assequeret occulte. Quãobrẽ ne qd assidui eius opis illi surriperẽ: quo in rẽ suã tã parce utebat/atq; pcla re: obseruabã diligẽter ipse tẽpus aliquod uacuũ et subsiciuũ: quo illi mecũ/uel sermo/uel deãbulatio foret acceptior: Nequeo dicere qualẽ eo emigrãte uirtutũ oĩum odorẽ/fructũq; pdidimus. Erat enim solers/pter cætera/in ĩqrẽdo: prõptus et placidus ĩ respõdẽdo: et ĩ utroq; subtilis et pacutus. Ab eo cũ aliquãdo quæsissẽ quæ una facilior esset ad sapiẽtiã uia: stati ille nihil oratiõe/ac pce aptius ĩqt: cũ cæteris: tũ religiosis maxime nobis/adiũcto studio/atq; labore: q̃to ĩ nobis ẽẽ põt pficiẽdi. qđ ego etsi sẽp ita putarã/atq; docuerã: nũq̃ tamẽ ea ĩ re tãtũ euigilauerã: q̃tũ postea audito graui illo et totiꝰ bõitatis/ac prudẽtiæ uiro: cuius ea tãta me sic urgebat opinio atq; auctori/

Pulchre đ Cambio.

tas: ut non inuenirē: quēm qualibet in re mallē audire: q̄ illum/aut cum quo esse: q̄ secum. Nā si parua inquit ille tam sæpe rogamus: nostrā sci licet/ amicorumq; salutem. quietem. opes. lucra. matrimonia. pluuias. serenitates. et equi. bouis. alterius ue iumenti ualitudinem: quanto magis
No. quidem nobis rogabimus sapientiam? quæ una uirtus tuetur animum/ac liberat ab improbis cu piditatibus / timoribus/spe uana \ atq; stulticia? ponitq; sapientem/et sui æmulum extra fortuita omnia/facitq; se ipso esse contentum? et quæ fo ris sunt si habet: iis uti pro tempore: sin caret: ni hil sibi deesse putare: quando nō habet: quæ sui iuris uere non sunt: atq; tristia perinde / ac læta conspicere: quæ sint utrisque cōmunia bonis et malis: et animantibus æque rationis expertibus. Quæ beneficia collata per sapiētiam homini ab alio assequi: q̄ a deo ipso: nō satis quidem legiti me possumus. Hanc sententiam hodie Cambii mei in medium adduxi his ferme uerbis: quibus te affatus sum modo optime mi Seuerine: qua audita/omnibus placuit / ut quantum ad sapien tiam uis orandi ualeret accuratissime quæreret. Sed imprimis quæ esset oratio: quæ rem tantam efficeret: uocalis ne atque sonora: quæ uerba ex

tollit gloriosa de Deo/atq; magnifica:an quæ ta cita secũ ruminat altiora. Ad quod præparatum me existimantes/rem ut prosequerer persuasere Quocirca ipse sic cœpi. Orationũ genus triplex esse uos scire haud equidem dubito. Et horum aliud Deum. aliud cælestes. aliud seipos spectare homines. Iterũ tria hæc genera in plura/ diuersa que partiri. Quatuor esse imprimis: quæ ad deũ pertinent. ad cælestes uero / atq; ad homines to tidem: et hæc inspicienda/enarrandaq; singula: ut quo tẽdimus perueniamus / colligamusq; mo dos orandi aptos/et ueros. — Orãdi ua rietas

Diuino ex tetragono igitur primum membrum laudationi deseruit: quod exequimur: cum in oĩ creato / rerumq; genitura effectorem Deum con templantes/ac uenerantes laudibus in æternum extollimus uoce/uel mẽte. Hoc usi indesinenter sancti omnes. hoc et quottidie catholica electo/ rum omnium in terris mater facit ecclesia. hoc et propheta ĩnumeris ferme psalmorum/hymno rumque carminibus: ex quibus plane laudibus (mirabile dictu) quæ suauitas/et quæ dulcedo ani mi influat ĩ mentes orantium/inq; aures: dũ pu blice aguntur: populorum. Liquescunt horũ sæ pe præcordia. Stillant oculi lachrymas, soluunt — Laudatio — Nota.

Apta simi litudo.

et animi attracti tanta dulcedine. Si uideris quẽ piam: qui finxerit hominem/uiuam indolẽ æmu lantem: aut struxerit templum mole/pulchritudi neq; stupendũ/collegeritq; in eo mundum om/ nem in orbem arte/symmetriaq; mirabili: ubi cæ los omnis inspectes tam in paruo illo globo mo ueri/sidera/stellasque suos cursus conficere: Tẽ pus diei/noctisq; denique omne discretum per horas: atq; minuta: q̃ te subit uoluptas egregia? q̃ et sæpe opificem cum laude habes in ore? an non de benefico/et maximo deo longe magis id effecerimus: a quo uita. ingenium. oculi. manus que opifices sunt homini datæ? æs quoque/lapi/ des. colores/et instrumẽta cætera. modusq;/et ars illi suppeditata? suaq; in nobis imago: cæteris au tem i rebus uestigium impressum? Vidimus hac in re Fulgentium illum Cremonensem conca/ nonicum nostrum assidue feruescere/dum flo/ res/poma/sataque uideret: dum uim elemento/ rum. Solis fulgorem. flumina montes. reliqua/ que naturæ spectacula attractus secum reputaret inque deum auctorem ea cuncta transferret: in quo persæpe neque lachrymas/neque clamores retinebat: quod et de aliis plerique factitarunt. Hinc et Philosophi primum cœpere uirtutem

Fulgẽtius

No. đ phi losophis

diuinam agnoſcere :et cauſam primam deum nuncupare/ac plena Iouis omnia Poetæ decanta re. Speculati ſunt enim rem profecto nullam a No. ſe ipſa ortum habere:nihilque fieri:niſi per alte/rum poſſe :neque progreſſionem ad infinitatẽ inueniri in natura ullam:quoniam finis mouet/ ac terminat operantem uirtutem omnem/ſiue ſẽſibilem / et ratione præditam/ ſiue ratione et ſen ſu uacantem:ut permeare ad infinitum res nul/la equidem poſſit. Neque enim finiti cum infini to coniugationem propter indemenſam inter ſe diſtantiam ratio / aut natura conceſſit unquam: No. niſi mirabiliter diuinam cum homine in uno ue ro Deo / et homine Chriſto. Ita etiam ſi ſe ſe ali quid dicatur efficere :mox ſequetur ineuitabile/ No. et impoſſibile illud:ut id:quod ſe efficit: ſit ante quam fuerit:aut ſimul ſit atque non ſit:et ꝙ idẽ eodem momento agere quidem et pati comperi atur. quæ non minus aliena ſunt ab omni conce ptu/ac ratione : q̃ exclamare in rebus nullam eſ ſe naturam/uel poſſibilia /atque impoſſibilia o/mnia æque fieri poſſe : quod ſanus nemo un/quam uel cogitauit : ne quidem ſenſit / aut ue/ro dixit.

Caput aliud orandi uersatur in referenda gratia Deo pro perpetuis / et maximis erga nos donis / ac meritis: in quo propheram / Paulumque uide mus assiduos. Etenim grati / et recti animi est re pendere cui debeas pro qualitate officii gratiam quantam potes / et uicem : quod facimus erga proximos etiam ex omni re parua suscepta: si ab humanitate alieni / aut uero prorsus excordes nõ simus. Sed erga Deum uirtus ista non frequenti curæ modo : sed quottidianæ / atq; perpetuæ no/ bis esse debet omnino: qui omnia ꝑ momenta p̃ cæteris nos serui sui diuinis beneficiis perfuncti sumus / affatimq; perfungimur / appellati genus electum. Regale sacerdotium. gens sancta. et po pulus acquisitionis. uocatiq; de tenebris in ad/ mirabile lumen / atque fulgorem. Quippe qui: si enumerare curemus interdum quæ / quantaq; sunt: quæ ab illo accepimus: quis nostrum erit tã inuerecundo ingratoque animo : qui non conti nuo se ꝓsternat in terram / et sublatis in cælum manibus cum ꝓpheta non clamet Benedic ani ma mea domino / et omnia: quæ intra me sunt nomini sãcto eius? Benedic anima mea domĩo / et noli obliuisci oẽs retributiones eius? Etenim

Nota. tanta / tanq; uaria atque largissima illo ex beni

gnissimo fonte beneficia ad singulos effluunt: ut neq; quisq̃ inueniatur/uel tam miser/uel incõ modis tãtis attritus/infortuniisq; iactatus: ĩ quo quicquid ẽ aduersi dona gratuita non superent: plusq; etiã nõ sit quod accepit/semperq; accipit: q̃ quod amisit: et non potiora existant: quæ sũt ad salutem concessa: q̃ quæ uexant corpus in ui ta. Immo uero neq; mala ulla uiro bono possũt accidere/nolentẽq; impetere uirtute superãte ne quitiam: et fortissimo/ac tolerantissimo cuiq; co ronam imponente constantia. Quare eripiat qc qd suũ ẽ a sapiẽte fortuna opes dico. uoluptates honores. patriam. affines. amicos. eundem mala ualitudo uexet in corpore: aut hostis in uincula tormentaq; coniectum excruciet: neq; mali qcq̃ penetrabit ad animum: nisi consenserit: tam po/ tens est in electis contra procellas/et malorũ om nium gurgites: peruersorum quoq; hominũ ne quitiã diuina uirtus et gratia/et ea libertas: quã ualidam et inuiolabilem deus animis nostris at/ tribuit. Pleni uniuersi sunt libri partim nostro/ rum martyrum/confessorũq; sanctissimorũ/ par tim ipsorum etiam philosophorum magnis/ et claris exemplis. Negabimus igitur: si grati simus: ista beneficia tanta immortalib9 laudib9 digna?

ēt nō feruidæ ſemper gratiarum actiones clientū ſuorū patri miſerationum/ et conſolatori homi num deo reſonabunt: in quo uincimus quicūqꝫ uolumus grauia omnia et aduerſa lætiſſimi?

Stupor de uirtute di uina.

Quæ res cum plene conſtet: Tertiū orandi mo/ dum opportune ſequemur: q quidem ē/ cū diui/ na cogitantibus nobis admiratio quædam/ et ſtu por inſurgit ab ingenti/ et perſpicaci diuinorum cognitione excitatus/ et plurima erga deū chari tate/ coniunctioneque per fidem incenſus. Quæ res orantem ad alienatōnem ſæpe/ et extaſim ſub uehit: ut qui ſic afficitur: interdū quaſi extra ſe factus/ qd agat/ aut ubi ſit neſciat: uerū fiat a bea ta uita non procul. Quæ ps/ quoniam cū de Pau li raptu/ atqꝫ Hieronymi prima diſputatione age retur: ſatis fuit illuſtrata: ꝑtereūda paucis his mi hi plane uidet̃.

Honor de bitus deo.

Quare ad quartum illum: quo oramus deum modum: qui tributarius/ et cēſuarius ſolet appel lari: potius tranſeamus: ubi de tributo uenerati oneqꝫ diuina acturi: magnos in urbibus uiros/ et apud Reges/ et Prīcipes aulicos imitari nos opor tere profecto crediderim: qui cum aliud negocii minime obeunt: honoris tamen/ et reuerētiæ gra tia ſuos ſalutatū quottidie dominos ꝑgūt/ iis aſſi

dentes ueluti ad nutũ parati: et nouũ q̄ppiã ex/
cogitatum ingerẽtes: unde uerbo eis/aut re pos/
ſint applaudere: quod ſi effecerint: rem glorioſã/
omniũq; dulciſſimam ſe aſſecutos utiq; putant.
Nam incredibile iis fuerit: qui iſtorũ nũq̄ mores
et diligentiam inſpexerunt: quãto ut placeãt/ſtu
dio cura/arte/anxietateq; peruigilẽt. Ita nos quo No.
que ab his excitati/cum deſunt cætera/aut ad alia
ſancta/glorioſaq; tepeſcimus: hoc uel unum: qđ
paſſim nobis/et ſemper paratum ẽ/conſtitutum
atq; facillimũ: non deſeramus. Vectigalia tanq̄
municipes/et ceu coloni primicias: ſic oblationẽ
nouam cordis noſtri quottidie/fructũq; labiorũ
offerramus deo/ et regi gloriæ noſtro. Flectamus
corpus in genua/ſublimes in cælum tollamus o/
culos: iungamus et palmas/ illudq; ore deuoto
quiſque depromat Fiat cor meum ĩmaculatum
ĩ iuſtificationibus tuis ut nõ cõfundar. Nõ ẽ mi
hi deus: quod tibi offeram maius/ chariusque
me ipſo. Sacrificium/et rerum oblationem no/
luiſti/ aures autem perfeciſti mihi. Holocaſtum
et pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce ue
nio. Hæc dediſſem/ſi dilexiſſes: ſed holocau/
ſtis/et morticiniis non delectaris: cor autem
contritum et humiliatum deus ipſe certe

non despicis. Hoc tibi trado. hoc tibi uoueo. hoc tibi sacro. Ast uero tu domine: qui illud finxisti rectum et innoxium: iam uero deprauatum / im purum / ac reum in melius iterum consla / instau ra / reforma: quando præter excelsam tuam ma / num: hoc uirtus quantalibet nõ potest alia. Tu as agnosce animas. tuas imagines. tua insignia. tua decora. tuaq; in nobis monumenta conditor deus: qui si nos sustineas: stabimus: si deseras cor ruemus: si non miserearis interibimus. Addant ad hæc hymni canori Odæ / laudesq; fœlices ceu pensum humanæ seruitutis et uitæ: quod qui cu rabit: et aget assiduus: erit nunq̃ indignus quem inter suos deus agnoscat: famulatũq; decoret. at que ista primo de quaternario hactenus satis: ne locus cæteris desit.

Secũdum q̃ternariũ

Iam uero secũdum consequatur: cuius opus est edocere quemadmodũ post deũ uenerandi / rogã dique nobis sint cælites: cuius primũ rei membrũ in hoc sane uersatur: ut proposita nobis sanctis simorũ hominũ uita / atq; memoria: nos illi tãdẽ reflectant in deum: cuius gratia / et uirtute singu lari quicquid habent accepere. Est quidem deus ipse magnitudine / uirtute / potentia / uita atq; na tura immensus adeo / et i apprehẽsibilis: ut a crea

No. De sãctis rogãdis

tura in se ipso agnosci minime possit: nisi quate nus p exquisita quæppiã/admirandaq; opera ipe se indicat et patefacit sensibus nostris: quod: cũ in cæteris omnibus: tum maxime in illis efficit: q amplissimis/diuinisq; cum uirtutibus/uel marty rii fortitudine/uel uitæ constantia/uel doctrinæ claritudine insignes extitere. Ex quo illud eqdẽ fit/ut cũ nobiscũ animo reputamus quot/et q̃ta impossibilia naturæ illi p̃stiterint: se nobis proti nus ingerat stupor ille ppheticus Mirabilia ope ra tua et anima mea cognoscet nimis: et illd' alio in psalmo persimile Mirabilis deus in sanctis su is: Deus Israel ipe dabit uirtutem plebi suæ bene dictus Deus. Inclamemusq; cũ Iacobo omne da tum optimũ: et donũ perfectum de sursum ẽ de scendens a patre luminũ. Soluaturq; mẽs oĩs in dei magni et singularis laudẽ: Sicq; excitatus ex his stimulis animus incandescat tãdẽ ad ea: quæ nostræ illi naturæ consortes eadem in carne: qua et nos tegimur infirma scilicet et corruptibili ad epti sunt p̃mia/atq; insignia. Neq; scio quid ma ius ullis in rebus excogitari iam possit: aut tanto miraculo dignius: q̃ mortales uenerationem: et cultum communem habere cum deo. O præcla ram sortem humanam/ac supra beatum facinus

Mirabilis Deus in sã ctis.

No.

omne compendium: A mortali uita / infectaq;
natura / ac in perditione iacente ad diuinã usq;
participationẽ: atq; uirtutem excedere: et ĩdignis
sima in sæculo passos / cælesti ĩ gloria omnimo
da fœlicitate compleri: diuosq; censeri. Denique
uim diuinã / et sapientiã / et bonitatem ueluti in
speculo sic in homine cernere / dum orãtes de sã
ctorũ meritis atq; triũphis cogitamus: et in iis de
um colimus / ac ueneramur.

Impetratio.

Cum hoc altera nobis / et ea quidẽ et magna / et
frequens in sanctis rogãdis accedit utilitas: quæ
impetrandi dignitatẽ / et nomẽ est merita. Qđ
enim inualidi ipsi / uilesq; non possumus: illi iã
aucti gratia / et amicitia perpetua deo deuincti
exposcentes nobis obtinent / eosq; / modo aduer
sus huius uitæ discrimina / modo aduersus incur
sationes ueteratoris antiqui / modo uero et in ex
petendo / procurandoq; nobis iure / ac hæredita
te cælesti ꝓ patronis et mediatoribus habemus /
infractisq; præsidiis: Quod faciunt bonitate eo

No.

maiore: quo præsentem dei gloriam longe plus
amant: q̃ ab eo dum exularent / et nostram salua
tionem moluntur ardentius: quo meliores:
quo et communem denique fœlicitatem augeri

delectantur ex numero. De quorum procuratio
ne et ſedulitate piiſſima / uirtuteque : quam ha/
bent : qua poſt mortem uiuentibus auxilientur
non eſt ut poſſit quiſquam dubitare \ ita eſt res
iam ipſa comperta / atque conſpicua. patens per
exaudita / et reddita tam ſæpe hominum uota.
per uiſas multiplices ſanctorum ab inuocantibꝰ
ſpecies . per ſacra diuinarum teſtimonia ſcriptu
rarum : et monumenta : quibus refragari / uel
ratio / uel pietas chriſtiana non poſſit. Nam præ
ter reliqua: ſi nos exempla delectant: quæ ad fi/
dem faciendam magnam uim habent: Machabe
orũ inſignis prodit hiſtoria Iudam machabeum
quo tempore congreſſurus eſſet contra Nicano
rem hoſtem patriis pro legibus / ſuorumque ſa/
lute uiſum dignum fide per quietem habuiſſe.
Oniam uirum quondam probatæ uirtutis / et
ſummũ / dum uiueret / ſacerdotem pro dei popu
lo orantem inſpexiſſe : Subinde apparuiſſe ſibi
alium cum Onia ætate / gloriaque mirabilem /
dixiſſeqꝫ Oniam hic ẽ fratrũ et populi Iſraelitici
magnus amator. Hic ẽ : q multũ orat pro populo
dei Hieremias Extẽdiſſe tũ dextram Hieremiam
et dediſſe Iudæ gladium aureum / et affatum
eum ita fuiſſe Accipe ſanctum gladium / munus

Iu. Macha
beus

a deo: in quo deiicies aduersarios populi Israel. Deniq; conserendum cum iam manibus esset: Nicanorem in tubis/et cãticis affuisse exultabundum: quem hominum bellatorum multitudo/et apparatus equorum/et bæluarũ spe fallaci fouebat. Contra in humilitate cordis et præcibus machabeũ accessisse: qui ubi coeptũ ẽ cõminus agi: non destitit eo gladio in hostes grassari/ et ĩ cedem Nicanonistarũ suum militem animare: atq; inuehere/donec quinque et triginta ex hostibus milia uulneratis cecidere. Quo fœlici euentu uictores facti/læto excitato clamore/ et patria uoce hymnos Deo fautori modulantes ingressi sũt Hierosolimam/truncũ Nicanoris caput/brachiũque media a ceruice discerptum hastilibus subli me ferentes. Sed quid hac in re clarius testimonio Petri primi apostolicæ magnitudinis patris: qui sanctis cõmunem cum illo gratiam expectãtibus de se sic pollicetur/Certus sum q uelox est depositio tabernaculi mei secũdum q dominus noster Iesus Christus mihi significauit. Dabo autem operam/et frequenter habere uos post obitum meum: ut horum omnium memoriam faciatis. Sed neque caruit ætas hæc nostra apertis huius ueritatis indiciis. Quippe sumus adhuc

No. de Petro.

memores: ut puto: nos ferme ſinguli a Rhodiis āno poſt redemptionē humanam. M ccccLxxx. meritis diuini filii genitricis/uirginiſq; Mariæ/ac beati Præcurſoris Baptiſtæ Maumetū infandum dirūq; Turcarū tyrānū: qui nō modo pſentia / i ſtantiq; furore ; ſed ſolo uel nomine chriſtianis omnibus formidini erat: propulſum a mœnibus: quibus iam potiretur / et profligatum a caſtris fortiſſimis parua chriſtianorum manu turpiſſi/ma cum clade /exitioq; ſuorum: qua tanta uictoria/omni noſtra recordatione nihil auditū ē gloriosius. Cōſtans fama perlata quaq; tunc fuit palāque ab ſuis captis/uel profugis æque uulgata. Muros tenentes/deſcēſuroſq; per ſcalas in urbē crucem auream in aere ſplēdidiſſimā inſpexiſſe hoſtes. Apparuiſſe inſuper cādidiſſimam Virgi/nē Chriſti matrem clypeum/haſtāq; quaſſantē/ ac irſuto uilique amictu inde Baptiſtam magno comitatu p Rhodiorum ſtare pſidio. Qua ui/ſione pterritis/atq; attonitis Barbaris nihil fuit potius atq; conſultius: q̃ loco repente decedere/ pedēq; in fugam pceleriter miſerabiliterq; referre. Ita oēs iā populi / et ſingulæ urbes: ut plurima alia exēpla hinc ide cōpta dimittā: in cuiuſpiam cæleſtium ſe addicunt patrocinium / et clien

No. Victoriā Rhodiorum.

Patroni Vrbiū.

Letaniæ. telam: cuius se auxilio tutos iri omni in periculo fidunt: et ut fidūt/euadunt. Sic ecclesia ipsa ca/tholica/sanctorum/sanctarūque suppetias quot/tidie inuocare non cessat: quod non ageret: si fœlices in cælo animæ surdæ erga nos essent/aut cu rare humana minime putarentur: Sed qa curāt: nobisque: cum ueniam: tum gratiam apud deū implorāt: idcirco illos inuocare: illis supplicatio nes decernere: illis uouere nunquam desinit fide lis/et prudens/ac ueri conscia mater ecclesia.

Quis nostrum denique huiusmodi cælestium tu telam\fauorem/auxilium in se ipso non sensit ali quando? Sed nostra prudenter prætereo: ne arro gantiæ detur ea memorasse de nobis. Tum Ioā.

IO.PHI Philippus non secus esse: q̄ enarrata et constitu ta a te sunt ista Germane certe putauerim: Sed il lud uelim præterea explices: quod plerosque ue xat/et agitat: ut fœlices: qui in cælestibus agunt de terris exaudire uoces possunt sine auribus no stras: cum aures terræ cōmiserint quoad in fine sæculi simul cuncti in uoce tubæ excitemur ad uitam. Sed neque eis explorare animos/uota/cu rasque hominum (arcanum et singulare dei o/pus) liceat ullo uel modo. Hoc esse cognitu di gnū Matthæe mihi plane uidetur: quod si expe

dieris:te facturum puto rem omnibus gratam. MATT.
Ad quem ego Philippe inq̃ siue curioso figmẽto:ut me experiaris non ignarus(Id.n.sæpe ẽ tui moris)siue id uero bona uel fide percunteris:dicam tamen ego sincere/candideq; quod sentio/hos ipsos sequens:quibus sum semper assensus:magnos/sanctosq; Theologos:qui nostras a superis nõ mõ exaudiri uoces:sed tacitas p̃ces/uota quoq; gemitus/lachrymas et inspici/et intelligi asserunt:non auribus uero:quæ humi tabescũt/non clamore:qui tam sublime nullus ascẽdit/nõ inspectu cordium:quæ nemo inspicit satis:nisi q ea finxit:singularis deus et maximus. Verũ mirabilis gloriæ/atq; potẽtiæ attributo eis/et cõcõmunicato splẽdore:qđ diuinũ/et unigẽitũ ẽ dei uer/bũ:i qđ p̱spiciẽtes/nõ p̱ corpus mediũ aliqđ/ neque p̱ sensũ organicũ ullũ:sed p̱ mẽtẽ illustratã/deiformatãq; ad illuminationẽ tã altã/atq; mirabilẽ sic attollunt̃ supra se ip̃os:ut uideãt ipso in uerbo/et hauriãt qcq̃d ad eorũ ip̃orũ uel desyderiũ/uel dignitatẽ et ad supplicũ simul uel salutẽ uel cõmodũ spectet. Quisq̧.n.i speculũ illius æternæ claritatis itenderit:eũ latere nihil:quod foris sit: fas esse dicunt:quod omnino non uideat: Immo longe præclarius / ac spectabilius in

Quomõ sancti nos audiũt.

No.

ipsa causalitate diuina/ac sempiterna q̃ in se qui dem ipsa :res omnis inspicitur : quoniam quic quid rerum omnium est ; altius insignitum / ex pressum / formatumq; uiget in Deo : q̃ i ꝓpria mobilitate /infirmitateque naturæ : quæ aut la borat semper inconstans / aut uero tabescens tẽ dit in nihilum. Possunt et custodes Angeli : qui ad uitæ frena nobis assistunt :nuncii : unde no men habent : et mediatores inter nos esse/atque cælestes:qui iidem faciem Dei patris ubiq; cerne re ex euangelio prædicãtur et de quorum mani bus in Apocalipsi Ioannes uidit fumum ꝓdire aromatum / cælumq; petere:quæ sunt orationes sanctorũ in conspectu dei allatæ ingressæq; per Angelos .quod indubie Thobiæ Raphael indi cauit :dum feruidus in oratione fuisset: Quãdo orabas tu inquiens et nurus tua Sarra ego obtu li memoriam orationis uestræ in conspectu Dei. Quæ postq̃ locutus sum : ne ultra progrederer cupidus Io.Philippus hanc te rogo inquit fra / ter uel omittas/uel differas partem. Porro ex quo nos exaudiunt sancti et ad hominum gratiam / salutẽq; declinant :aueo magis quibus eorum cõ modius /atq; fœlicius in res nostras utendum sit nobis : agnoscere. Quibus ne malumus sine de

IO.PHI.

lectu / rationeq; quæsita: an maiore consilio qui busdam præsertim hærere / fidereq; conueniat: et in ferendis auxiliis alii ne aliis præstent. Ad quē ego quid putas de hoc tu inq̃ o frater? Cui statim ille ego maiores existimo maiora daturos. Sed illud admiror esse sic multos: ut ad inferiores magis confugiāt / quasi malint leuiora suffragia. Quocirca quærere de causa quid tute sētias non inepte facere sum arbitratus. Tū ego inquā Philippe Quāq̃ sanctudinis / atq; uirtutis in toto orbe fœlicitas cui præcipua / aut maior obuenerit non humani profecto: sed diuini iudicii ē / Atq; ita ut possit nemo repudiata temeritate de se ip̄o decernere quanta apud deū gratia ip̄e sit dignus q; nemo altissimū diuinæ mentis consilium p̄ se capiat satis / etiam si nullius mali sit sibi conscius: multa sunt tamen: in quibus rogari quādoq; minores? q̃ clariores præstet: de quorū tamen gradibus ecclesia nisi per exteriora diiudicat. Illud uero fuerit quoties qui quærit / et supplicat: maiore agi fide / et deuotione se sentit in exiguū: q̃ i magnum quidem / atq; spectabilem. Siquidē ad impetrandū nihil fuit unq̃ fide / deuotioneq; potē tius: atq; ualidius: q̄ppe quibus propriū / et peculiare uirtutibus primū existit et miracula et signa

MATT.
IO. PHI.
MATT.
Quæ i sāctis rogādis discretio.
No. fidē.

facere: et donat atq; uota complere. Recte igitur ille uim eius rei nobilitatemque percepit: qui filii liberationem: quem torquebant demonia: peti/turus a domino/ cœpit his uerbis/ incredulitatem domine adiuua meam. Audierat enim a domi/no ex mensura fidei supplices exaudiri: et ab eo/dem illud palam prædicatum fuisse. Si habueri/tis tantam fidem sicut granũ sinapis/ et dixeritis huic monti transi hinc/ et transibit / et nihil im/possibile fore credenti. et centurioni Puero suo uitam ꝑcanti responsum uade et fiat tibi sicut credidisti. Atque imprimis causa hæc esse mihi uidetur: unde in exorando tantis sit uiribus fi/

Nota: des. Etenim quantum quisq; crediderit: tantum ẽ opus ut speret. Quantum autem sperauerit: tan tum amet / et cupiat. Quantum amauerit / et cõ cupierit: tantum denique quærat/ et ardeat. Po stremo ubi egregia tanta concurrunt par ẽ orati ones nullo modo languescere/ inefficacesque ab uolare. Sed irrepant ad deum usq;/ pulsent/ fran gantque omne cæleste/ fiantque tandem compo tes pollicitationis illius ueri/ diuinique oris Amẽ Amen dico uobis quicquid orãtes petieritis: cre dite quia accipietis/ et fiet uobis. Itaq; uides quã to cõmodius interdũ ꝑ præcellẽtem fidem ad mi

nores se conuertit deprecantis intētio. Quod fieri alia quoqꝫ ratione sæpe fuerit operepretium: ut ex uarietate uehemētior delectatio orādi cōsurgat (Siqdem expetibilius / ac studiosius semper aliqd habet in re omni uarietas / tediūqꝫ sedulitas) Quare fastos dies, atqꝫ nefastos / ludorū / et operū: qbꝫ mixtim et alternim uteremur: iure inuenti sane uidentur. Sic magna Parens ecclesia modo dei / modo cælestium beatorum laudes / meritaqꝫ concelebrat: quo ex uicissitudine labor / tediumqꝫ facessat: et agnoscatur / et surgat ex singulis tam uariis admirabilior deus / sicut ex ingenti / et uaria familia Reges enitescunt. Docet in hoc etiā mira / et ineffabilis bonitas dei q̄ suos amet cultores et milites: qui neqꝫ sanguini neqꝫ suppliciis pepercere: Sed neqꝫ sunt minis sic exterriti ullis: ut eo minus eius diuinitatem / honorēque defenderēt. Illis etenim tanquam dilectæ suæ / cælestique familiæ officia diuersa distribuit / negociaqꝫ honorificentissima dedit: ut esset dignitas diuina / potestasque suprema communicata ab æterna Dei charitate cum homine latius: nec uni: paucis ue quibusdam dūtaxat diuinū hoc munus putauit tribuēdū: sed uniuersis ferme cælestibꝫ: ut alii

Cur minores rogent

No.

Alia ratio

contra morbos: alii uaria contra pericula. alii ad tolerantiam/alii ad scientiam. alii ad castimoniam: et id genus plurimis plurimi quoq; prodessent. Coluntur quoq; superiores/inferioresq; ꝓmiscue ab ecclesia matre: ut quantum illa sapit afflata diuinitus nullus ordo/gradusq; sanctorũ pro meritis dignitateq; cuiusq; relinquatur ĩ glorius: sed in cũctis quantũ uis/clementiaq; diuina potuerit euidenter appareat. Cæterũ quantum ꝓpiciatio multorum promereri plus possit: q̃ certe paucorum non scriptis ullis/argumentisq; ꝓbare sit opus. Id enim mens per se cuiusq;/ratioque deprehendit. Quo fit ut in rogationibus publicis sanctorum gregatim omniũ preces expostulemus: et ut patronos se nobis impendant/clamores ad cælos etiam extollamus: Lustrantes publica eorum cum ossium/cinerũq; reliquiis cũ quid detrimenti impenderit/aut exposcendum qcppiam extiterit salutare: Sed omissis quæ hac in parte longe/lateq; afferri possunt: ita ego sentio quoniam ita mihi res ipsa/et ueritas loquitur: ut post primũ illũ omnis gratiæ fontem dominum Christum/præcipua/et peculiaris/et maxima in oppitulatricem/et dominam habenda sit nobis ipsius diuini filii mater, uirgoq; beata: Quæ siue

Alia ratio

Alia ratio

Virginis auxilium.

ſola/ſiue cum aliis prima ſemper equidē ſit: quã
inuocemus:cui ſtudeamus/i quam ſperemus/ad
quã et anhelemus. In tantis enim uitæ periculis/
ſalutisq; naufragiis nullum ē hominum generi
præſidium conceſſum ualidius/nullum patroci
nium amicitius. nulla ſpes erectior. nulla fiducia
ſolidior. Omni cælo: ſi potentiam querimus: ſo
la plus poteſt: quia eum ē enixa uirgo: qui ſolus
omnia poteſt. Si animum / obligationemq; ſpec
tamus: quicqd poteſt: debet et ea nobis: Qui ſi
loquor paulo licētius: Auguſtini: a quo hoc didi
ci: me defendat auctoritas: et quæ grauis et con
ſtans tanto ab ingenio citatur ratio: cuius de ob
ſtricta nobis peccatoribus dei matre domeſtica
quaſi cum illa iſta ſunt uerba. Multam mihi o
Maria facis audaciã. Mira loquar: ſed ſic ē: Nos — Auguſtinus ad uirginem.
enim tibi. Teq; nobis mira neceſſitudo cõfœde
rat: cũ ſcilicet id habeas eſſe ꝑ nos: quod es/ nos
uero per te id eſſe: quod ſumus. Si nulla noſtra
preceſſiſſet tranſgreſſio: nulla fuiſſet ſubſecuta
redēptio: et niſi neceſſariũ fuiſſet nos redimi: ne
ceſſarium non erat te parere redēptorē. Sed hoc
loco aliqua queſtio ē. Nõnulli enim ꝑꝑ id: quod — Opinio đ humanitate domini
ſcriptũ legimus deliciæ meæ eſſe cũ filiis hominũ
ꝑſuaſum ecõtrario habent et aſtipulantur apte/

maiestatem/et gloriam summi/atq3 optimi dei su
scepturam fuisse nullo etiam existente Adæ com
misso corpus humanum :ut non solum animo :
sed aspectu quoque uisibili bearet hominem to
tum:quam opinionem ego leuem / facileque ca
dentem nunquam potui usquequaq3 probare:
ut tu neq3 Alberte probasti:cum ĩ hoc prima dis
putatione breuiter incidisses: Et quidem merito.
Nam neq3 ratõnem/neq3 causam/neq3 a sacris lit
teris lũbos habet ullos constãtes et solidos: Quo
niam tamen fidei neq3 repugnat:liberum habe
at suum quisq3 palatum/et gustum amica/frater
naq3 cum uenia. Quãto uero ipsi possumus cer
tiora semper/ac potiora sectemur et doceamus:
nec longe discedamus a Paulo:qui natum Chri
stum inquit in terris:ut nos redimeret a lege / et
morte peccati:et ad suum perdilectum ita scribit
Timotheum. Fidelis sermo/et omni acceptione
dignus:quia Christus Iesus uenit in hunc mun
dum saluos facere peccatores:quorũ primus ego
sum: Quẽ locum ita cõmẽtati sunt ueteres:et ut
puto:rectissime: Nulla causa ueniendi domino
fuit:nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos/
tolle uulnera:nulla ẽ causa medicinæ. Sed quid
uero domini testimonio maius / Filius hominis

uenit querere/et saluum facere:quod perierat?
Hoc unum domini uerbum et ualidissimum / et irrefragabile nobis extiterit:quibus uellicare nullo quidem modo propositum est in eo p̃sertim: quod nihil frugis nobis est allaturum :magis uero aduersus illud repugnat:quod a diuina uirgine exigimus : præsidii obligationem / peculiarisq; tutelæ.

Inde itaq; discedentes Tertium argumentũ/causamq; inducamus cur diuinis honoribus / precibusq; in cælo regnantes nobis uenerãdi sunt sãcti. Quod premii nimirum / et gratitudinis est: ut de rebus a se actis : quibus nihil admirabilius nihil constantius.nihilque diuinius / uel suscipi uel perfici ab homine potuit : meritam a nobis apud quos tam mira præstitere :uenerationem / laudemque recipiant. Hi sunt profecto : qui ecclesiam partim sanguine: partim doctrinis : partim miraculis : partim exemplis Deo agente in eis / posuere:primæ columnæ : primi fulgores : primi architecti : per quos Religio cœpit: et creuit, fides in lucem prorupit: omnis pulchritudo uitæ sanctissimæ : officia recta ;contemptus sæculi : amor Christi : uera morum honestas ; et quicquid perfectionis : et di/

Nota: Sanctorũ merita laus.

gnitatis res habet humana: eſt propagatum:
Quod ſi illi: q̄ i terreſtri militia pro præſentibus/
et tēporalibus rebus pu. ſuis grāde aliq̄d effece
re: quod præmio/atque memoria dignum uidea
tur: donis ditant̄ ex phiſco/ cinguntur auro / ad
primos euehūt̄ honores et magiſtratus/atq; iſta
ſi ſatis non ſunt: his excitantur et ſtatuæ/ appen
dunt̄ trophea de uictiſq; manubiæ. īcidunt̄ mar
moribus tituli: clipei: haſtæ: caſſides: monumēta
claritudinis/atque uirtutis: quanto nos æquius:
ſi quid retinemus amoris erga tam incomparabi
lem ſanctorum uirtutem/ac fortitudinem? quan
to inq̄ cōmilitones/et beatos ꝓceres iſtos excolu
erimus? Sertis/plauſu/uocibus/coroniſq; honeſta
bimus? q̄ imperatori omnium deo militātes: nō
urbes/oppidaq; uicerunt: non ſpolia rerum arri/
puerūt: nō captiuos uinxerunt: non prædam ab
egerunt: ſed uicia imprimis omnia calcauerunt/
uirtutes ſuſtulerunt. mundana flocipenderunt:
inferna ſpoliauerunt/machinas ad cæleſtia erexe
runt/in acie perſtiterūt/in fatigatione non elan/
guerūt: tū læti maxime: cum de exceptis pro rege
Chriſto uulneribus ſanguis copioſe proflueret:
tum conſtantes et alacres: cum pro fide: in qua
iurauerant: mortē p̄ſentē ſibi uiderēt: tum ſe ra/

ti certe uictores: cum uicti pro Cristo: triumphatoresq; / cum mortui pro regno cælorum. Hæc fides / hic ardor / hæc cõstantia / hæc disciplina / hæc tanta de suo Rege / et remuneratore deo fiducia qd porro charitatis a nobis / qd reuerentiæ / deuotionisq; desyderat? qppe plurimũ: si sopiti penitus / ingratissimiq; nõ simus. His ideo preces / supplicationes / uotaq; porrigunt / hymnos / psalmosque decantant q in ecclesia adhuc ista: quæ militat: eorum incendunt exemplis / moribus / uitaq; formantur: quorum et meritis / ac deprecationibus se iuuari: si poposcerint / et supplicauerit: nullo modo diffidũt. His et struunt ædes eximii sũptus / templaq; sublimia: quo ad eos uenerandos / opemq; capiundam populi confugiant. Eorum aris / et statuis genua flectunt / thura / uaporesq; incendunt gratia ne desit tantis his meritis / diuinisque uirtutibus. Quid gemmas / margaritas / purpuras / argentum / aurum / sciphos / calices / acerrasque commemorem? quæ uana tamen / curiosaq; supellex: cum nimia ẽ: q̃ accepta eis iam in cælo regnantibus sit: haud equidem uideo: cum hæc ista uiuentes illi minoris haberent: q̃ siliquas: nec sacrarent ipsi deo talia cum haberent: Sed transferrent in uerius sacrificium / et acceptius deo: sa

Vana í tẽplis supellex.

tius/probabiliusque ducentes his uestire nudos/ alere famelicos/recreare infirmos/iuuare inualidos refocillare peregrinos / redimere captos / uidu/ as/pupillos/cæterosque detrimentis / et infortu/ niis collisos erigere / et ab inopia / atque miseria uendicare: q̃ argentum / et aurum sacrariis cu/ stodire / serico / et purpura mortua parietum sa xa uestire / omnia omnes per horas dirripien da fortasse: quæ profecto Christus nunquam suasit templis offerri marmoreis: quæ non senti unt: sed uiuis errogari / atque spirantibus ius/ sit. Sed hodie largientium ambitiosa deuotio templis ista dum ponit: Quodque grauius est: dum ministrorum auida et nunquam sa/ tis exaturata cupiditas ad ista immodice anhe lat: deseruntur pereuntes indigentia paupe/ res: et ea opera potiora: quæ commemoraui/ mus: iacent abiecta / et improbata quando/ que. Sed impietatis hanc pestem missam fa/ cientes pertranseamus ad quartum circa sanc tos orandi modum.

No. Mini ster Chri sti.

In quo excitemur ad eam gloriam compa/ randam: qua illi potiuntur: et quam nobis propositam: si assidue cordi tenuerimus ac di lexerimus: assequi neque erit deo propician/

te difficile. Nam ita comperta / et a ſummo conditore deo eſt hominum inſtituta natura: ut tangantur omnes cupiditate honoris et laudis: nemoque ſit / uel humilis adeo / uel circa ſe etiam tam ignauus / et ſtupidus: qui non impellatur hoc ſtimulo ſæpe / et tanquam flagello non agitetur: ut neque ſit aliquid tanti omnino laboris / arduique periculi: quod ſi in eo ſplenduerit ingens / pulcherrimaque aliqua dignitas / et gloriæ facies: homines non aggrediantur et tentent / atque pro ea occumbere multi neque recuſent ita res iſta: cum dulcis: tum expetibilis eſt. immo uero etiam qcquid moliuntur magnificum / ac difficillimum huius ãmbitioſiſſimæ rei / et egregios ſemper mordentis animos faciunt: et uoluunt eo omnia: ut laudem et gloriam captent / quaſi cæterorum finis honor eſſe uideatur: quo nihil maius hominum mortalitas poſſit expetere. Parum eſt quantum ad uitam: quod cuique ſufficit: et eorum: quibus utimur: plura quidem ſunt impedimento: q̃ uſui. Sed tantus tamen unde quæſtus / et diuitiarum ardor (Deus immortalis) niſi ex gloria? Quies corpori animoque res ſane dulciſſima eſt: Sed cur tot

Gloriæ calcar.

perpetuae sumptae uigiliae: et improbus adeo studiorum labor? Ex gloria. Cruenta est / paui / daque militia: Sed quid obiectant se telis / atque uulneribus tam facile homines? Ex gloria. Vn / de inuẽtæ tot pacis artes in urbibꝰ? Tanta ædifi / ciorum expetita superbia? Tam uanum ornan / di corporis studium? tam sollicita clientum cu / ra? tot Seruorũ constipatiões? tot equorum / et mularum greges? impedimentorum copia? Sar cinarum uastitas? Tanta postremum mensæ / obsoniorumque libido? Vasorum / signorum / gemmarumque uarietas? Nisi ꝙ hæc omnia pa rit/atque tuetur concitata furoribus / et indefes sa miserrimæ gloriæ semper anxietas? qua detrac ta iacebunt maxima ex parte: quæ diximus: om nia: neque qui se tantis frangat curis / atque pe riculis poterit inueniri. Quanto uero magis no bis calcar incutiet / et ardorem ad illos imitan / dos incendet uera illa / et solida gloria cælestis: quæ electis omnibus / futurisque fœlicibus pro posita est? Et in sanctis: quos ueneramur: iam plene recepta? O uim maximam: et urgentis / simam: quæ si se ingesserit in generosum cuius piam pectus: quid o deus pro ea non excogita bit ille? quid non molietur? quid non suscipiet?

Quid non et perficiet? Summæ nobis sit igitur curæ/studioq; perpetuo in hanc obiectam omnibus undequaque suspicere/alas extendere/manus attollere/pedibus accelerare: et per intercessionem deniq; sanctorum omnium a datore sũmo: et benefico deo: qui propter hoc dedit nobis hunc ardorem ad gloriam, eã promereri. Quod qui facit assiduus: hic et sapientissimi: et fœlicissimi nomen iure consequitur. Qua in re præsentis iam sit interloquii finis.

SEXTVS LI
BER
HIC
FINIT.

EIVSDEM MATTHAEI DE INSTITVENDO SAPIENTIA ANIMO. VII. INCIPIT LIBER

ARGVMENTVM.

s Eptimo libro isto de Quaternario illo agitur modo: quo pro se ipsis p̄sertim homines orant: quorũ primus ẽ: cũ nostris ĩ periculis | pressuris | angustiis | detrimentis | ĩcõmodis dei præpotentẽ opem | ac defensionem exposcimus: qđ si fideliter fiat: nũq̃ deprecatio p̄teribit inefficax: ut multis exemplis ostẽditur. Secũdus ẽ cũ de cõmissis malis Venia petitur: qđ si fiat corde uere cõpũcto | atq; cõtrito: misericordia non potest pœnitẽti ullo pacto deesse: Tertio docetur nihil grande: quod ad æternã fœlicitatẽ maxime spectet: obuenire homini posse uix unq̃ sine oratione | intentaq; prece: In quo abũdant testimonia: quæ nobis plurima | et sacræ litteræ | et ad uerã sapientiam properãtiũ hominũ exẽpla p̄clara suppeditant. Vbi et de p̄destinatis reb9: de

que fato dubitationes nõ faciles quædam soluũ tur clare atq; utiliter. Quarto de tacita nobiscũ/ mentaliq; agitur prece: p quã orans se ipsum in/ tus examinat/se inquirit/se deprehendit. Qua q dem re ad acquirendã pfectã/ultimãq; sapiẽtiã: et ad attingendã uitã beatã nihil oĩno pstãtius.

a Bsoluta Orationum serie/ritibusq; tractatis: qbus oratur deus a nobis/ Sanctiq; rogantur: quod de Qua/ ternario nostro orandi modulo su/ perat: septimo die agere Seuerine su mus aggressiure mihi cæterorum nutu dignatio neque permissa: quam tu legens delectabere: ut puto fortasse: cum agnosces quæ singuli uaria/di gnaque cognitu porro senserimus. Dicturo ita/ que mihi morandus hylaris totus cœpit applau/ dere/ et quidem simul ab ore pendere. In quem ego subridens Bonis inquam auspiciis optime ista res inchoat. En noster iam feruet Andreas. MATT.
Cui ille dat enim id nobis expectatio non leuis te acturo Matthæe negocium. Atq; ego iterum illi perinde iam refrixi animo ipso Morande/at/ que corpore: ut ipse uides: iam ueternoso. Tu uero: doctrinæ qui agilis insudare non desinis: ANDR. MATT.

es omnibus aptior iure putandus Quare euge rẽ sume et pfice. Cædo ipe iam exarmatus uiribus robusta anima tibi. Quod illo recusante purba ne/ac uelocissime ut cætera facit:inducenteq; cõ tra me Antisthenem philosophũ eum:qui cini/cam prior sectam inchoauit:in epulis inuitatum ut caneret:inuitãti dixisse. Tu mihi calamos in fla:ego tãdem ne subdurior uiderer.ita pexi. Ca put orationũ nostrarũ primũ ĩ hoc plane consi stit:ut per eas ostẽdamus necessitatem omnẽ no strã/et ĩdigẽtiam si quã patimur auxiliatori ppo tenti/ et pientissimo deo:altissima nihil hæsitã tes fide illum gaudere pcibus:et prouidentia p/petua simul eundem rebus humanis consulere ut scientissime:ita plane popportune/atq; bene fice:quippe qui uerior amator sit hominum : q̃ sui ipsorũ homines ipsi. Neq; enim ulla esse tan ta iam potest uel necessitudo/uel amicitia/uel fa miliaritas/animorumq; coniunctio :quin maior longe non sit gratuitus dei erga nos amor. Nã il le nobis parens: q et deus. Ille tutor: q et domi/nus. Ille redẽptor:q et fictor. Ille promissor:q et largitor. Ille deniq; humanæ nobiscum naturæ consors effectus:q inenarrabili pietate morti se obiecit nostra pro uita. Hæc nostris in periculis/

ANDR.

MATT.

Oratio p diuino psi dio.

No.

No.

detrimentis/atq; pressuris meditãtibus nobis ab exterioribus mente collecta dum deũ præcamur inter nos taciti/aut si magis iuuet:ea ipsa ore ꝓ/mentibus :et misericordes gestus aptantibus qd fidei deus?quid reuerẽtiæ?qd affectionis?qd charitatis exuscitant/atq; incendunt?per quas uirtutes sic excitatas/uel exaudiri:ut petimus :uel fulciri:ut sustineamus. uel neutrum : ut copiosius mereamur semper assequimur:adeo ut hunc in modum formata nunq̃ sterilis / et inefficax / uel prætereat/uel tabescat oratio. Hac uia /rationeq; orandi propter captiuitatem populi/et Hierusalem sanctam. abacto habitatore omni desertam in mœstitudine sedẽs/et deflens orasse legit̃ Hieremias:cuius oratio eo in libro:qui Threnorum inscribitur habetur ad uerbum. Id quoq; supra numerum ferme ĩ psalmis usurpasse animaduertitur Dauid. Fecisse itidem regem constat Ezechiam:cum eum grauissimo bello adorsus esset/et premeret:ut Regum commentaria referunt. Rex assiriorum Senacherib Turbo eo tempore/atq; tempestas totius plane Asiæ. Nam cum supra humanum fastum deum/hominesq; contẽneret :proximaq; adiacentia omnia attereret/ sibiq; subiiceret:ad Ezechiam Herosolimam Ra

No. Hieremiæ oratio. Dauid. Ezechias.

pſacem nũcium cum litteris miſit: qui et litteras legendas omni populo redderet: et coram ſimul enuntiaret/ niſi ſe Regi Aſſiriorum protinus de derent: et ab eo imperata ſubirẽt: dira omina/ac miſeranda paſſuros: quibus auditis/et litteris mi narum plenis/ac blaſphemiarum ĩ deũ perlectis/ ingreſſus ẽ templũ una cũ populo Ezechias: et expandit litteras coram domino et orauit altiſſĩ me: opem diuinam/cæleſteq; p̃ſidium contra in ſolentiſſime furẽtem/et debacchãtem ſupbia ho ſtem implorans: quẽ ita p̃catum deus aſpiciens: Eſaiam ſacrum tunc in Iudæa Vatẽ ad eum mi/ ſit nunciatum huiuſmodi uerba inſaniuit Sena cherib ſupbia in me. Ponam itaq; circulum ĩ na ribus eius/et in labiis chamum: et reducam eum in uiam: per quam uenit. Non ingredietur urbẽ hanc/nec immittet ſagyptam in eam: nec occu/ pabit eam clipeus: nec munitio circũdabit eam. Factumq; ẽ in ſequenti nocte eius diei/ut delap ſus de cælo Angelus uindex centum/et octuagin ta quinque hoſtium milia cæſa proſtrauerit: quo rum cadauera / cum a quiete ſurgens mane uí/ diſſet Senacherib: tanta/tanque ſubita ſuorum cede dolore / metuque correptus / extemplo in Niniuem præmaturauit fugam : quem in fano

Idola: quibus ipse fidebat: uenerantem duo ex filiis / ab eo lacessiti prius iniuria a tergo aggressi / clanculum obtruncarunt. Tale auxilium / qua parte erat humanus Saluator / et dominus precatus ē sibi: cum proximus morti orauit in horto Pater: si fieri potest: transeat a me calix iste: et ex horrore pœnarum gutas sanguinis exudauit in terram usque fluentes: Quando / et deniq; actus in crucem / ac extremis ī doloribus positus magno clamore illud intonuit Eloi Eloi lamazabathani: quod est Deus / deus meus quid me dereliquisti? Sed hæc oratio tam ē innata quodāmodo in mētibus omnium: ut nemo ferme iam sit etiam tam pessimus: qui si / uel doloribus et cruciatibus uexetur grauissimis / uel timoribus / instantibusque periculis uehementer quatiatur: non statim auxiliatorem inuocet sibi deum: et ei non sæpe honores / atq; munera uoueat: ut non sit opus hūc locū maiore uerborū cōplecti circuitu. Quamobrem parcentes tempori / de secundo nostro orandi modo iam dicere incipiamus: eo scilicet: quo intenti deo per orationes facinora patrata diluimus: quæ potentes adeo haberi possunt: tanque contrita / atque soluta in lachrymas / ac pœnitentiam mente: ut non modo

Oratiōes Christi.

Nota:

Oratio ꝓ uenia.

quidem culpam/et noxam abstergant:uerum ēt quamlibet omnino meritam/ac debitam deleāt poenam:Ea est enim dei erga homines pietas/at que uenia semper:ut illius maiestatem et gloriā referat infinitam .inexhaustam.inuictamq; per omnia .Nostra uero peruersitas breuis / et mo/mentanea /et eneruis:quæ nos lædat/nō uero de um.Itaq; dum detinemur his uinculis corporis/ et carnis lege constringimur :si precibus prolui/ expiariq; curamus/atq; satagimus:nihil ē quod ualeamus facilius assequi.Quod in publicano. in Prodigo filio .in Magdalena / inq; latrone: euangelica plenissime ueritas docuit . Hoc sane modo:ut exemplis aliquid etiam ueteribus de/

Dauid. mus:offensiones suas Dauid scite/beatissimeque diremit atq; abstersit quando post Adulterium/ et necem Vriæ/aliaq; cōmissa collachrymās/seq; percutiens illud orauit Domine ne infurore tuo arguas me/neq; in ira tua corripias me.Miserere mei domine quoniā īfirmus sum/sana me domi/ne quoniā conturbata sunt oīa ossa mea:cū pœ/nitētialib⁹ cæteris.q aliud nihil agūt/et flagitāt:

Ezechias. q̄ oranti dimitti/relaxariq; delictū.Sic Ezechias: cuius Paulo supra meminimus:nunciata ei mor te dū ægrotaret:uertit se ad parietem/ne quid ap

paratus|ministros ue cubiculi tum ullos aspice/
ret/et enixe orans amaroq; cum fletu obsecro do
mine inquit memento quomodo ambulauerim
in ueritate/et corde perfecto/et quod placitum ẽ
coram te/ fecerim. Et sic ab eo largo cum fletu p̃
cante cum discederet Esaias: mediam anteq̃ par
tem atrii egrederetur: factus ẽ sermo domini ad
prophetam dicens Reuertere/et dic Ezechiæ du
ci populi mei Hæc dicit dominus Deus Dauid
patris tui Audiui uocẽ tuam/et uidi lachrymas
tuas: et ecce sanaui te. Die tertio ascendes tem/
plum domini: et addã diebus tuis quindecim an
nos. Sed et de manu Assiriorum liberabo te et ci
uitatem tuam: Quæ facta sunt omnia quo ordi
ne Regum Iudæ habet Historia. Sed quale illud
præpotentis orationis facinus ẽ: quod ĩ Exodo ꝓ
ditum ẽ? Conflauit populus uitulum auri: et illũ
erexit/et coluit/Aaron metu seditionis non repu
gnante. Descendit interea Moyses et affuit: qui
zelans sumpsit de multitudine magna supplici/
um. Succensus nihilominus deus populum sta/ Moyses.
tuerat abolere sacrilegũ oẽm. ꝓ fratre/et reliquo
populo p̃cat ardẽtius Moyses. Et o inefabilẽ di/
uinæ misericordiæ dignatiõem: et beatæ oratiõis
potẽtiã. Infrẽdẽtis ĩ Idolatras dei frãgit furor: in

cẽſaq; ira miteſcit: moxq; ex miſericordia ꝑcit oi
bꝯ. Murmur/ et exꝓbratio iudaici populi cõtra de
um hẽt ex nũeris: q̨ đ ægypto eos eduxerat i đſerti
labores: ꝑꝑ qđ de cælo đlapſus ignis ꝑtẽ caſtrorũ
extremã cœpit exedere / atq; uorare: quo ꝑiculo/
metuq; terrifico exterriti oẽs magno clamore cõ
fluxiſſe referũt ad Moyſẽ. tũ illũ nõ aquã afferẽ
Oratione dã icẽdio/ neq; uero eſcã igni ſũmouẽdã putaſſe:
abſortus: ſed ꝓ his\ cæteriſq; auxiliis itẽte qdẽ cõſtat oraſſe/
Ignis. et flãmã ſimul ut creſcebat orõ: ſic deſiiſſe graſſa
ri. Sic et Mariã Moyſi ſororẽ: ut nugax/ et leuiſ/
ſimũ i omnẽ ꝑtẽ ſolet eſſe mulierũ ingeniũ: una
cũ Aaron murmurationis legimus et cõtumeliæ
aduerſus Moyſẽ uerba iactaſſe: et illã cõtinuo in
pœnã oblocutionis lepra uulneratã fuiſſe tã gra/
ui: ut cadẽtis niuis ſpeciẽ magis: q̃ carnis huma/
næ totũ quaq; corpus ꝓ̃ferret: dixiſſeq; Aarõ ad
Moyſẽ te obſecro domine ne iponas nobis hoc
peccatũ: qđ in te ſtulte cõmiſimus. Tũ paccatũ
Moyſẽ fuiſſe/ oraſſeq; ita ꝓ̃ualide ut ſeptimo ab
Maria libe inde die Maria ſoror mũda/ terſaq; prodierit.
rat̃ a lepra Nõ põt igit̃ dubitari: qn nihil deo ſit oĩno tã pro
Nota: priũ/ tãq; cõueniẽs: q̃ ꝑcere ſemꝑ et miſereri ſup
plicibꝯ: dũ uiuũt i corpore: ẽt ſi ad ultimũ illi ma
No. lorũ deciderint. Immo uero: ut audacius dicam:

queadmodũ calorẽ ignis/Sol lucẽ/melq; dulcedi nẽ negare nõ põt:ita deus nescit subtrahere ex corde postulãtib9 ueniam:quippe cuius inuictis/ simi/omnipotẽtissimiq; uirtutẽ/atq; naturã nul/ la res alia magis queat ostẽdere/ac decorare:q̃ in se peccãtibus parcere:pro qb9 misericorditer ani mã tradidit:seq; totũ ignominiæ crucis / et diris suppliciis obiectauit. Quæ etiã uirtus quoties ca dit in homine:solet(et iure qdem) diuina nũcu pari esseq; heroum maxime:q̄d qua blãdiẽs Cæsa ri magnus/et argutus orator : cum enim inqt a diis omni uincamur ĩ munere:sola clemẽtia deos nobis reddit æquales. Quẽ eundem principẽ re/ rum tãtarũ/tãq; late impãtẽ Maro sup oẽs extol lẽs ornauit his uersibus Eæ tibi erũt artes/pacisq; ĩponere morẽ. Parcere subiectis. et debellare sup bos:q̃q̃ beatissimus noster Aurelius tãq̃ de ĩmo destia/adulatõeq; sacrilega Poetã acriter culpet q̄d dei maxime fuerat hõini Cæsari deferẽtẽ. Es se tamẽ ut dixi:recte attributã ei:q ista uirtute p̃ ditus sit nõ adulãter:ut Cæsari:sed cũ dei laude benemerẽti similitudinẽ/ppiqtatẽq; cũ deo/ ego sane nihil admiror:si dei ppriũ:et res diuina:par cere ẽ. Q̄d si ita nõ esset:sine hõine deus regna re ĩ cælo solus. Etenim constituere satis ipse non possum quænam multitudo sit potior / ac copio

ſior:eorum ne:q ab innocentia per gratiam iã aſcenderũt in cælum:an eorũ:q ex improbiſ q/ dem moribus/nefariiſq; criminib9 erecti ꝑ indul gentiã eundem locũ petiere/ita ꝓpenſa /atq; de/ dita ẽ dei miſeratio orationibus peccatorum ho minũ/et ſupplicantiũ uotis. Ad iſtũ uero locum qd aut deniq; deo dignius: aut hominibus ſalu tarius poteſt excogitari:q̃ ꝙ nõ iis ſolum:q mõ uiuunt/et ꝓ ſe rogãt :ſed iis quoq;:q e uita iam exceſſere:quos purgationis antrum ueluti laua/ crum ſub terris expiandos excepit/et clauſit:ora/ tiones eccleſiæ tanto ſuccedãt auxilio:ut q ad ul timum uſq; iuſticiæ lõgum, quãdoq; paſſuri erãt mox eluãtur præcibus noſtris/petantq; redempti domicilium beatorum?Nam et ſæpe auditæ eo/ rum uoces/et imagines uiſæ lætiſſimæ/q ſe ita li/ beratos interceſſionibus retulere. Quocirca ꝓ iis: q a nobis cũ pietate migrarunt:nec ſatis tamẽ ex piati ante fuere:nunq̃ p̃termittit catholica Ma/ ter orare:quod non faceret:niſi forent p̃ualidæ preces .Sed ne quaſi rapti dulcedine quadam cle mentiæ dei progrediamur effuſius in re tam cla/ ra/tanq; comperta:ad tertium caput iam tẽpus eſt:ut tranſeamus orandi / et tollentes oculos al tius:ad oratiões doceamus pertinere maxime no

Purgato/rius Locus.

No.

ſtras exorare/atq; potiri quicquid magni/quicq̄d diuini/ac ſalutaris optamus: et præter illas admo dum pauca/uel glorioſa uel fortia / uel quæ ad ueram nos fœlicitatem inducāt: obuenire. In quo teſtimonia nobis abūdant: quæ memoranda: cū ſacræ oculis ſubiiciunt paginæ: tum ſanctiſſimo rum hominū exempla præclara ſuppeditant. Manet/ſemperq; manebit magni patris hebræo rum/et principis Iſaac illa ſæpe cū laude memora ta/decātataq; p̄catio: qui cum ſciret ab ſe prolem generandam indubie: de qua conſequeretur pro pago/ſerieſq; nepotum: e quibus tandē Chriſtus naſceretur: quoniam patri deus ita iurauerat / et rurſus ei pollicitus fuerat/complebo iuramentū: quod ſpopūdi Abraæ patri tuo. Multiplicabo ſemen tuum/ſicut ſtellas cæli/daboque poſterita ti tuæ uniuerſas regiones has/et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: orat tamē ut cō pleat deus: quod ſe facturum per ſua ꝓpria ſācta iurauerat. Orat inq̄/ut ſibi Rhebecca filium pa riat. et ſic orat: ut per oratōnem quæ ſterilis erat: geminos fecūda uno partu peperit. Ad Moyſem ueniamus: qui unus orādo p̄ cæteris optimis et be atiſſimis uiris/quot ꝓdigia aduerſus Pharaonē ef fecerit: quoties de hoſtibꝰ uictor euaſerit/ac tri/

Grādia orationi/bus fieri.

Iſaac ora/tio.

Moyſes q̄ ta orans.

umphauerit: quoties supplex deum dura ceruice populo cōciliauerit/signisq; aliis non modicis rogando claruerit/memores oēs equidem sumus: Ita quoq; Heliæ precibus suscitatum paruulum mulieris hospite filiū: et clausum tribus ānis/ sex q; mensibus pluuiis atq; himbribus cælū: et iterū reseratū ut plueret: nec de nobis ullus ignorat.

Helias.

Quid Heliseus uero. Quid alii prophetarum ꝑ multi per orationes mirabiliter egerint tantæ ꝑfecto est copiæ recensere: quantæ nullus perpetuus/et integer/dies possit ullo modo sufficere: ne spatium quidem breue: quod nobis hoc loco cōceditur. Sed omissis tā multis exploremus (quod pluris habendum fuerit) quæ a Christo non diuina uirtute magis: q̄ continua oratione sūt facta: et quæ orandi cura/et sollicitudo illi etiam semper extiterit: etsi uerus deus/atq; omnium princeps sine rogatione omnia posset: Sed ad profectum hominum id cæteraq; huiusmodi alia elaborabat: eratq; uita illius omnis posita/ac constituta in exemplar/et formam. Nam discumbere cū iussisset multa illa hominū milia: quos ex quinque panibus/duobusq; pisciculis i solitudine pauit: priusq̄ quid turba gustaret: intentis in cælū oculis orationem legitur habuisse. Sic etiam ulti

No.

ma cum discipulis cœna cum surexisset ab epu/lis: hymno dicto. constat in montem olineti oratum exiisse. Lazarum quoque dum accessisset reuocaturus ad uitam: cum lachrymis patrem enixe p̃catum fuisse. Templum uero uel adire / uel turba dimissa: qua sæpe stiparetur: colles ad orã/dum scandere quottidianus illi mos fuit. Ast in cruce suffixus/ extremoque super omnem pœnã afflictatus supplicio neq; destitit quantum erat homo: pro se auxilium/ et pro crucifixoribus ueniam flagitare. Quo factum est ut iudæorum / atq; gentilium multitudo non parua salua eua/serit fide sancta et syncera recepta: quibus eius mortis tanta pœnitudo / et dolor incessit: ut conuersi redierint / pectora percutientes/ et quem occiderant: uere dei filium fuisse palam profiten/tes. Non pergam enarrare mirandorum operum copiam / et magnitudinem: quæ ab Apostolis Christi in orationibus assiduis patefacta sunt orbi. Dico per uniuersas quidem mundi oras fidẽ Christi propagatam. Cæcos illuminatos. Attractos ad soliditatem erectos. Infirmos curatos. mortuos ad uitam reuocatos. demones pulsos. missos sub Christi iugo Reges/ et Cæsares. Satis iã sit q̃d exq̃rimus ostẽdisse: Oratõnũ uirtuti /

Not.

Apostolorũ p̃ orationes ope/ra.

et ppetuitati omnia pfecto facillime cedere: pq̄
eas propius: q̄ uia alia/ac ratione ad arcem/ thro
nūq̄ sapientiæ iri. His ita deductis recte inquit
ANDR. Andreas et ut ipa res ē: te puto dixisse Matthæe:
neq̄ in iis ambigere quēq̄ ulterius. Verum enim
uero illud quærendum tamen et explicandū nō
segniter mihi uehementer quidem persuadeo:
Potuisse ne fieri talia ita mirāda: nisi ab iis: quos
dixisti: tam magnopere oratum fuisset? Ita ne ar
tat: et cogit precibus hominū deus: ut quæ sua i
æternitate æternus ipse constituit: et iam plane
No. de p̄/destinatis. ante tempus omne in semet ipso quidē sunt ue/
luti acta: compleri non possint in tēpore: nisi ro
gatu? Veniamus in rem ipsam/et de assumpta a
dei uerbo humanitate aliquid quæso dicamus.
Hoc mysterium, hoc benignitatis propositū, hoc
totius humani generis fœlix/ac salutare remediū
penes deum: ut cætera: fuit semper æternum. Si/
quidem esse nunquam potuit: quin hoc opus
in quo deus uoluit redemptōnem humani gene
ris contineri: ipse non nouerit: de quo oraculis/
diuinisq̄ promissis/ ac prædictionibus multifa/
riis uniuersus impletus ē orbis: ut expectationis
ardor/et fides aptaretur tantæ pietatis officio: qđ
q̄to expectatius: tāto esset acceptius ac p̄ciosius.

Atq; ideo defecturam potius omnem terrarum molem/aut ruiturum a culmine cælum putandū erat: q̄ aliquando non tempestiua/ac præsens futura esset Christi nobiscum humanitas: Et agi p̄cibus tamen et obsecrationibus a testamēti ueteris Patribus cessatum ē nunq̄ quousq; ueniret: quasi illiciendus attrahendusq; ad illa fuerit Deus: quæ ab ipso sempiterna mente decreta nō fieri omnino nō poterant. Vnde porro Esaias: unde? q rem istam non minus uidebat: q̄ nunciabat: nunq̄ destitit p̄cari diem: et tātæ fœlicitatis tempus uocare? Vnde Dauid: q dominū in psalmis sibi canentem/sibiq; iurantem inducit et citat semel iuraui in sancto meo(si dauid mētiar) semen eius in æternum manebit: et alio rursus ī psalmo iurauit dominus dauid ueritatem/ et nō frustrabitur eum: de fructu uētris tui ponam super sedem tuam? Vnde reliqua prophetarum patrūq; sanctissimorum caterua omnis/ quasi uacillaret eorum fides: ut in terras descēderet Christus: mittendusq; ueniret: tam assiduas uoces ad cælū tollere nō desinebat? Putabant ne illi dare eis uerba deum: quod ē fallere? an uel non posse explere promissa: quæ ē imbecillitas? uel nescire modum: quæ ē ignorātia? uel nolle reddere peie/

rata:quæ ē perfidia? Absit a deo non minus: q̄
mors quidem ipsa hæc tam turpis infirmitas / ut
non posset: aut tam indigna malicia: ut nollet ra
ta seruare. Quæ impotentia/uel fraus si forte ca
dit in homine: qui ingenuitatis/ac ruboris aliq̄d
habeat: suam imbecillitatem mox erubescit: ca/
sum/et fortunam: si potest: ut animum tueatur ĩ
MATT. cusans. Tum ego acute/et ad rem q̄ maxime tua
est quæstio inq̄ Andrea: quam ut dissoluamus: si
asq; ueri tu certior posthac: recurrendum est no
bis ad fontes theologorum splendidos/atq; uber
rimos: a quibus sūmatim res tota ita colligitur:
ut te puto etiam facile meminisse/et si id ut quæ
ras disputandi amor/colloquendique suauitas te
fortasse permoueat: Qui ludus est insitus tibi cō
suetudine atque natura. Sed utcunq; res quidē
sit: cœptus non est detrectandus congressus: ubi
blandiri potest refricata cognitio: et iam percep
ta collocari memoria. Declarant enim magistri:
quos diximus: magnus/ac sanctus præsertim Aq
nas operationes uarias/effectusq; multiplices ora
tionē habere plerūq;. Sed quod in casu nunc ē:
Vis orati hoc polliceri maxime/atq; efficere/ut constituta
onis circa ꝓmissaq; diuina: quæ ad hominū salutē/et com
p̄destiata. moda ptinēt cōpleāt: atq; ita, ut si desit oratio: ir

rita sit ipsa ꝓmissio : quoniã non aliter dãda ea
ipsa deus dignatus ẽ polliceri : q̃ ꝙ prece / et ora
tione quærãtur : quatenus quærẽtis ardor illa iu
stius assequi ꝓmereat̃. Sãctos idcirco uiros omni
in re / atq; negocio assiduos et tãq̃ ꝑtinaces ĩ ora
tiõibꝰ ẽẽ / et sæpe ẽt ꝑnoctare cõspicimus. Ex quo
diuinũ illud et euãgelicũ ad nos monitũ manat :
Oportet semꝑ orare et nõ deficere. Precipit quo
que nec ĩmerito Paulus. Sine intermissione ora / No.
te : in omnibus gratias agite. Nec putãdũ fuerit
tamẽ ꝓpria a se natura / atq; uirtute : hoc ẽ ꝑ se ip
sam oratõnẽ horũ aliquid assequi posse. Etenim Not.
cũ tẽporaria / ac finitæ uirtutis ea sit : æterna / et in
finita dei erga hõines dona neq; largiri / neq; de
ferre / utiq; põt. Sed neq; ut ẽ ĩ ꝓsciẽtia dei : idest No.
ea ratõe q̃ nos deus ꝓuiderit ꝑcaturos / ꝑ se bõa
ꝑdestinata iuuare põt oratio : quoniã nulla sũt
hõinũ tãtis uiribꝰ / uel oꝑa hõesta / uel merita sanc
ta : quæ hoc tãtũ sibi facinus uẽdicẽt. sed gratiæ ẽ /
et amiciciæ dei erga hõines ĩprimis hoc munus.
Gratis. n. salui facti estis ĩqt Apostolus. Et nõ ex
oꝑibꝰ iusticiæ : quæ fecimus nos : sed secũdũ mise
ricordiã suã saluos nos fecit. Et rursũ neq; uolẽtis
neq; currẽtis : sed dei miserẽtis ẽ salus hũana. quo
nã uero mõ ea : quæ diximus : postulatões obtieãt

et ad consumationem expectata pducant restat ut declaret. Nam licet Deus potentissimus ipse solus/et ex se qdem omnia possit: nullaq; exter/na illius uigor indigeat ope: ppter speciositatem tamen in rebus quandam/beneficãq; largitatem eius atq; dulcedinem secũdarias quasdam causas atq; uicarias effectib9 producẽdis adhibuit: qb9 ueluti instrumentis/adminiculisq; suppeditatis infinita eius/interminataq; potẽtia utitur: et si/ne qbus quæ dicta sunt neq; pficit/neq; elabo/rat exacte. Inferunt enim ad hoc similitudines ex frugibus uel annuis/uel qdem mestruis: quas Deus hac lege ad uictum præstat hominibus: ut in his post eius primã/singularẽq; uirtutẽ/doctus et uigilãs exudet Agricola. Hinc arationes. sulcationes. Stercorationes: Adaquationes. fossatões. Seminationes. plantationes. occationes. putationes. hinc cæteri diuturni/uariiq; labores. Qui si cessent nihil ager. nihil uitis. nihil arbor ulla profert/aut parit: Neq; aliter sentire pfecto conuẽit de animantiũ omniũ uita: quæ etsi p deũ imprimis uiuũt. spirãt/atq; subsistunt: non hæc tamen agunt sine usu ppriorũ cuiq; ciborum/ac potio/nũ: quæ si his ãmoueant: uiuere desinãt sit necesse/ita sub deo eorum quidẽ ẽ uita in cibo/potuq;

No.

Similitudines.

ſumendo poſita et conſtituta. Sunt itaq; (ne lon gius p ſimilitudines cimba noſtra uelificet) fide lium preces effectrices: ut diximus: non primum quidem: Sed ſecundo poſt deum ordine eorum ſane: quæ nobis ille donare ab æterno cõſtituit. Sunt inſtrumenta. Sunt media ad diuinæ digna tionis / ac largitatis cõplẽdos exitus requiſita: de qbus Gregorius primus eius nominis pontifex: unus quoq; ex maximis quatuor ecclesiæ ſanctæ fulgoribus et optime / et breuiter ita diſſeruit. ob tineri nequaq̃ poſſunt: quæ prædeſtinata non fu erint: Sed ea: quæ ſancti uiri orando efficiunt: ſic p̃deſtinata ſunt: ut precibus obtineantur. Nam ipſa quoq; perennis cæleſtis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti deo diſpoſita: ut ad hanc electi ex labore perueniant: quatenus poſtulãdo mereant̃ accipere: quod eis omnipotens deus an te ſæcula donare diſpoſuit. Quibus ex uerbis ad uerſus eorum deliramenta ueritas nõ obſcura re linquitur: qui orari a nobis deũ / eſſe fabulãtur o mnino ſuperfluum: quoniam mutari nequeãt quæ penes illum ab æterno ſunt rata. Sed docui mus antea quippe ſanciones dei in ſe ipſis mini / me mutari: et ſi in rebus quandoq; mutẽtur: ſed coniuuari: et eas ita ratas / decretaſq; fuiſſe: ut iu

Orationũ munus.

Gregori / us.

uarentur precibus hominum. Et indubia hæc ue
ritas ē: non orta/atq; inuenta modo a nobis: sed
a sanctissimis doctoribus omnib9 suscepta: cater
uatimq; defensa. Explodit etiam maior illa per
uersitas contagiosaq; stulticia eorū: q Poetis de
lectati: aut Astrologorū quorundam uitiosorū
prestigiis falsi/et nugis deliniti in execrabilē/atq;
pestiferam eam hæresim inciderunt: ut in rebus
nihil omnino cōtingere dicāt: sed euenire oīa ne
cessitate fatorum/causarumq; cælestiū imobiliū
et ab eisdē statuta uitæ spacia mortales accipere
cōtendunt Tragica illa carmina profano ore fe
rentes in medium.

Cōtra fatū et sidera.

Fatis agimur: credite fatis.
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stamina fusi.
Quicqd patimur mortale genus/
Quicqd facimus uenit ex alto.
Atq; fatidici illud Apollinis
Stat fatorum imobilis ordo
Ferre autem longe præstat quodcūq; seueræ
Et fixa/ et stabili statuerunt lege sorores.
Esse etenim certum. stabile. inuiolabile semper
Quicqd nēt fusis parcæ rex iussit olympi.
Eiusdem quoq; responsum extollentes: quod in

terrogatus cur miles qdã tã periculosæ rei stude/
ret/dedit his uerbis mars eũ genethliacus cõcitat.
Et ineptũ alterum ad rẽ quãpiã ui dixit impedi/
ri fatorum. Astipulãtur et istud auctoritate Ma
ronis: q nauigasse post excidium Troiæ ad Itali
am Aeneã fato cũ diis penatibus canit. Deque
Turno ait Etiã sua Turnũ fata uocant/metasq;
dati puenit ad æui. Et quo fata trahunt\retrahũt
que sequamur: cũ fatũ in rebus nullo mõ aliud
q̃ ueri dei dispositionẽ/ac libitũ accipere debue/
rint: ut prudens imprimis/et eruditissimus poeta
rũ accepit fortasse Virgilius. Nam Fatũ a fando
deductum esse uidetur: q uates/atq; Prophetæ / Vnde Fa/tum.
cæteraq; oracula sint fata/ac prolocuta illud: qđ No.
appellamus ipsi uel fatale/ uel fatũ. Assentimur
ita ipsi quoq;: et ita docet catholica ueritas: præ/
destinatõnẽ: quæ æterna qdẽ ẽ: ueritatẽ i se/ et ne
cessitatẽ sẽp icludere. In rebus uero ẽt cõtingẽtiã
sæpe concedere: et eam qdem per postulationes/
et preces: ut abunde iam diximus: exorabilem.
Quare quicunque uel sine dei dispositione / at/ Nota:
que decreto/uel supra diuinum consilium/uel cõ
tra rentur et predicant ualere sidera uimq; fato
rũ aliq̃ manere ptinaciter: propellẽdi ceu uenefi
ci Aspides a xpianorũ auribꝫ sũt. Hi.n.qđ aliud

N ii.

No.

possunt ingerere/ac polliceri: nisi ut nunquã co
latur/et rogitetur ab hominibꝰ deus? Quod deo
soli neque ẽ omnino contrariũ: Sed naturæ ipsi
etiam abhorrendum ac nauseandum quæ sic ho
minem semper instituit: ut deum colere/et rogi/
tare/eiq; uouere /aras/ Sanctaq; excitare/ pro tem
poribusq; litare omnibus ætatibꝰ per se plane di
dicerit: quod facere ita continue minime assue/
uisset: si nõ dator esset deus humani boni cuius
cũq; atq; salutis. Est itaq; opus ut qui fatorum
necessitatem astruit: is deum/uel dei prouidentiã
neget: ex quo sequatur hominem nullo mõ pec
care: cum furta/adulteria/homicidia/ aliaq; delic
ta cõmittit: sed cãm omnem peccandi in deũ eẽ
referendam: qui uinctum ita hominem in manu
fatorum preiecerit: ut se inde extricare non pos/
sit. Contra qui: ut et uerum et necessarium ẽ: de
um fateat̃/et omnipontẽtem eius unam proui/
dẽtiam dederit: uim fatorum penitus destruat/et
hominem ad utrũq; siue bonum/siue malum li
berum semper ac sui iuris ẽẽ concedat. Denique

Magnae rationes.

Astra ut nobis dabunt sensum/animũq; p̃stãtẽ ?
quae duo primum expetimus: ac comprecamur:
quando exanima ipsa neq; sentiunt/neq; norũt.
Immo uero sunt animante omni et bestiola mi/

noris?Humanū item animal ad dei ſatū imagi/
nem/a deoq; redemptū/et ad eundem poſtremū
definitum ut cæli tuebuntur ac regēt: qui neq;
deum/neq; homines ſciunt? Quid libertas rur/
ſus humana/arbitriiq; nobilitas?Quid religionis
honeſtatis fortitudinis/continētiæ/ac iuſticiæ uir
tus?Quid liberales diſciplinæ omnes?Quid ſapi
entia?Quid meritorum expectatio?Quid ſcele/
rum metus et conſtituta ſupplicia?Quid officia
recta?Quid ꝑicula honeſta ſuſcepta optimo cui
que erunt profutura:ſi aſtra morderent inflexi/
bili lege rē omnē humanā?Cur deus deſcēdit ad
homines? cur pro iis necē ſubiit?cur de cæleſti/ Notent
bus nos erudiuit?cur ad ſobrie/impolluteq; uiuē cæci ſapiē
dum ꝑmiiſ exciuit?ꝑcepta poſuit? cōſilia ſuaſit? tes
Cur et nos homines in tanta diſcrimina ultro ui
tā obiectamus?tantum et tam ſæpe ꝓfundimus
ſudorē/et ſāguinem?Taceo uiros cōmemorare:
qui ſiue per tormenta mortem oppetierunt:ſiue
qui orientis deſerta coluerūt:ſiue qui in cœnobi
is regulari ſub diſciplina uitā traduxerūt:quorū
ſingulorum graduū pene infinitus ē numerus.
Cur fœminæ ipſæ innumerabiles etiam/una uel
maxime illa:cui extitit Vrſulæ nomen:undecim No.de Vr
puellarū uirginū milia ad dignitatē/ palmamq; ſula.

martyrii secū peruexit: si nō diuina: sed siderea potentia homines agebat/ ac gubernabat p̄mia nulla omnino datura? Ruāt potius astra de cælo q̄dem omnia et magnus p̱eat iuppiter et Mars: q̄ uim tantam et imperium unq̄ habeāt: ut quæ seruicia coacta sunt: fatū, ac necessitatem inexorabilem libero imponant homini / et cælis oībus certe sublimiori. Sed omittamus si iā placet: horum fabulationes utiq; uanas/ et execrabiles ut d̄ clarat eius artis inconstantia experimentaq; fallacia: cui addunt̄ et sæpe cōmenta cū demōibꝰ uel expressa q̄dē uel tacita. Expediamus uero magis

No.

Quartū orādi gradū ad nos ut diximus: p̱tinētē: In tota uero orationū diuersitate duodecimū/ atque postremū: quippe q̄ nos orātes/ p̄ter cætera q̄dē egregia ardētes efficit: maximeq; deuotos: et ad sūmū sapiētiæ tandē fastigiū p̱q̄ facile subuehit. Hic enim modus etsi cætera orādi genera nō despicit: plus tamen mētē: q̄ uocē. Secretū: q̄ publicū. uacuitatem gerēdarū rerū: q̄ sollicitudinē et curā plāe desyderat. Atq; eorū maxime ē: quorū iā mentes non a uitiis mō: Sed a tumultibus quoq; qeuere cōsciētiæ securitate: et iteriore animi pace potiti. Quæ oratio tā beata cū his nihil habet: quos adhuc terrena/ mortaliaq; delectāt:

Vltimus orādi gradus.

et q corporis curã plus: q̃ animi gerunt. Sed iis: qbus studio/et cordi ẽ hac semita: qua nulla melior: ad sapientiã uerã ꝓpare: ꝑcipiẽdũ imprimis mihi uidetur/cõsulẽdũq; uehementer: ut cum ad orãdũ accesserint: eorũ in hoc laboret intẽtio. In hoc inchoatio tota nitat̃: ut se intus orãtes diligẽter agnoscãt/et explorãtes angulos/et latebras pectoris omnes/purificandæ conscientiæ/et pacãdis fluctibus animi instẽt: quoniã in maliuolã animã: ut scriptũ ẽ: sapiẽtia se nescit ingerere: et fictũ omne fugit atq; impurũ: ut profecto qsqs sit ille: nullo is modo melius queat sapiens effici: q̃ se ipso bene ꝑspecto: et interius agnito. Qui idẽ neq; tã ad unguẽ se ĩspicere/scrutariq; poterit un q̃: q̃ si clarũ ueluti ad specũlũ: ĩ quo uicia cutis ĩ facie emẽdant̃ oĩa: ita se ad orationẽ ĩspectet: ubi qcqd rugæ/et neui ĩ pectore delitescit: mox ĩtuebitur uerret/et emundabit. Q uãtũ itaq; potest se ĩgrat/se depħẽdat/se coarguat/seq; deniq; expurget/et extergat uerus orator/q se expetit sapiẽtẽ uere futurũ: quod cũ enixe/ꝑfecteq; fecerit: procul a statu beato nunq̃ equidem aberit: simulq; recte metietur oĩa/fideliterq; tractabit/et ĩ quocũque genere uitæ curret expeditus et liber ad perfectæ/et consumatæ sapientiæ gradum.

Orationis speculũ

Nota:

N iiii

Cuius rei ne ueritas usq̃ esset obscura: mira dei clementia delphicũ etiam: ad quod græcia tota fluebat: adegit oraculũ consulenti cuipiam ut beatus posset euadere: certũ hoc ferre responsum γνωθι σε αυτον hoc est tu te agnosce: aut te ne quæsieris extra: quod tanq̃ elogium numinis in fronte tẽpli: ut pleriq; scribunt fuit incisum: uel in tripode idoli: ut alii sunt testes a Chilone

No. lacedæmonio litteris aureis positum. Oratione autẽ huiusmodi ista eius quottidie alendus ẽ animus: qui ita se comparat: ut secũdũ spiritũ deo & sibiq; uiuat. ut enim spirare corpus desinit. uitã

Similitudo que retinere: si cibus ei/potusq; subducitur: ita animus plane quoties suauissimum orationis: de qua mõ colloquimur: amiserit pabulũ nectarq; mirabile: mox quidem uel obtorpet: uel cõtabescit/et interit. Aruorum enim naturã in hoc mẽs

Alia similitudo. imitatur humana: ut tunc in se ipsa siccitate/ sterilitateq; languescat/cum stercoratione/irrigatione q; priuat̃. Irrigat̃ uero maxime ac stercoratur in ista ipsa orandi sedulitate: Quæ si non cessat: compunctionis/ac pietatis adipiscitur facile lachrymas: degustationẽq; diuinã: qbus p̃pinguis euadit et fertilis/fructus dignos cælo tandem paritura. Qua plane dulcedine nihil oritur in anima

omnino ſuauius/nihil uberius nihilq́ꝫ beatius. Quæ ſimul ad omnes capeſſendos labores/et ar dua cũcta honeſte ferenda ſic animum firmat et munit: ut nullis dimoueri de gradu tẽpeſtatibus irruentibus queat. Addamus huius orationis af flatu Iram omnẽ/furorẽq́ꝫ ſopiri: et aqua tanquã igni ſupꝑ infuſa mox deferueſcere. Addamus cu/ piditates/et libidines ſiſti. Iniurias ꝓpelli, proſpe ra/aduerſaq́ꝫ eodẽ ſcilicet animo haberi/et tolera ri. Addamus quẽ deſperatum interdũ animo: et in fide labãtẽ recipit: eũdẽ gaudio exiliẽtẽ/deque uenia pſumẽtẽ attolli deniq́ꝫ: Et ne leuiora mul ta percurram: hominẽ ab imis ſublatũ/atq́ꝫ mor talibus inter Angelos ꝑ illã collocari: et tanq̃ da ta manu duci ꝑ omne cæleſte/diuinam admiran tem/deguſtantẽq́ꝫ dulcedinẽ: ut ſæpe ſic inuenia tur/affectus/ut ĩgemiſcat/exclamet/eſtuet/flagret et in deo niſi qetẽ inueniat. Quæ affectio plane ẽ argumẽtum ſimilitudinis dei/et ĩmortalitatis ĩ nobis: quoniã abſimilia/atq́ꝫ diſparia non ſpon/ te cohærẽt/ad alterutrũq́ꝫ ferunt. Quare quiſq́ꝫ auide ſapientis ſpecimen/magnitudinẽque ſec/ tat per preces huiuſmodi id imprimis quærat/ et petat a deo. Experietur quidem ſapientiam non tam inuentum humanum eſſe: q̃ porro diui/

Vis huius orationis.

Not.

nũ:neq; tã cõtineri disciplina liberali ulla:q̃ ora
tiõe.nõ q̃libet sed exq̃sita/pura/ ĩtẽta/q̃eta/sollici
ta et quæ orantẽ quodãmõ supra se tollat.Quid
igit̃ eã ĩfra nos quærim⁹:quæ supra nos habitat?
Quæ d̃ cælo hẽt originẽ?Quæ nõ terit porticus/
et scholas tumẽtiũ philosophorũ?Quæ nõ expõ
pata magniloquẽtia?Quæ nõ barba pexa/tracto
q; p̱ puluerẽ pallio:Sed ĩnocẽtia/ueritate/religio
ne/ synceraq; oi uirtute nobilitat̃:quæ a deo hũili
bus:et se uere timentibus maxime imp̱tit̃: cũ ad
humilitatem/atq; timorem: ut diximus : accedit
oratio. His ita deductis/atq; conclusis en Io.Phi
IO.PHI lippus adiecit. Nã et si uera esse p̱fiteor quæ de
orationis potentia/atq; uirtute/ et ad sapientiam
directione Matthæe enarrasti:tamen mirari so/
leo q̃d causæ ẽ/q; plerũq; uiri optimi/atq; sanctis
simi sapientiã/dulcedinem/alleuationem/coniun
ctõnemq; cum deo expetitã q̃ta ui orãdo/curaq;
possunt:nõ mõ non assecunt̃:ut cupiũt:Sed are
scunt potius/nihil haurientes eius : quã sitiuere
dulcedinis:quin inter conatus/uehementesq; su
dores ludificati tumultu accursantium undique
illusionũ/mentientiũq; imaginũ cogunt̃ disce/
dere tristi cũ luctu ut exturbati magis/atq; offẽ
si:q̃ plãe aut erecti/aut recreati sibi uideãt̃. Alios

cōtra īprobos/terrenos/molles/īsulsos/nihilq; ūq̄ egregie meritos uideas exaudiri sæpe/eorūq; uota cōpleri: ut nō tā postulatio: q̄ casus his ludere ui deat̄ i rebɔ: hūanaq; uersare. Cui iq̄ ego excitasti rē certe Philippe nō icognitā pitioribɔ nobis: sed pmolestā fortasse iexptis et spirituale mō icho/ antibus uitā: quibus putauerim potius: q̄ eqdem nobis esse cōsulendum: Neq; enim (quod sæpe il li nesciūt/et ideo neq; cogitāt) irrepentes illusio/ nes/surgentesq; tumultus iferre qcq̄ mali orāti/ bɔ possūt: quādo nulla cōsentiente malicia/puo catōeq; euocāt̄: sed qui orāt illudūtur/atq; flagel lātur iuiti: Eteni irruptōes/et tēpestates huiusmo di iprobæ i bōis uiris ab uolūtate ortū nō habēt: uerū exurgūt/et q̄si repululāt a priore cōsuetudi ne/iniqueq; cōmissis iterdū: quæ praua q̄q̄ rōni nō placeāt: quæ sēp ē libera: cū tamē itellectui se nostro igesserint: abigi neq; facile queūt: Siqdē i tellectus ipe istar speculi cogit̄ utrūq;.s. bonū ma lūq; æque obiectū recipe: atq; prsus ita: ut ad ihi bendas: quæ sibi isurgūt cogitatōnes/et ad disci/ pāda: quæ occursant/ipetuntque ludibria: impos utique sit adeo naturæ libuit illū esse sēp i motu ad mala etiā: et si iis fœdari nullo sane modo pos sit: nisi conscius: nisi uolens nisique et eligens,

MATT.

De inquie tudine in orādo.

No.

Tẽtatores Demones

Quã ſæpiſſime quoq; citra cogitationem noſtrã et mentem ĩmiſſa patimur per Angelos malos. Quod faciunt ueteratores/atq; inuidi illi: ut ua/rio/duroq; marte ſuccũbamus/uel fracti tedio/uel uicti certamine. Qui ĩſuperabiles ſi Athletas offenderint: nihil tamen feſſi nouo iterũ ceu ſtratagemate contendunt: ut errore decipiant: quos aperte ſupare non poſſunt. Se enim transfigurãt in angelos lucis/aſſumũtq; pulchritudinis laruas In quo nõ parũ piculi iis: qui ſibi placent/et facile flectunt̃ ad uana. Celat et uultũ fulgẽtiſſimæ gloriæ ſuæ quãdoq; orantibus deus: ut faciat ar/dentius hos quæritare: quod cupiunt: ſitq; uberius in eo meritũ: ĩ quo fuerit importunior labor atq; contentio. Nã ſũma/et pciofiſſima quæque extenuat copia: et ſæpe uilioribus dat gratiã raritas. Quẽ pterea coronari in certaminibus unq̃ ĩſpeximus: q idem non ſtrenue/legitimeq; certa/uerit? aut cui ſedenti in Olympiade umbrãq; captanti ludi magiſter palmam porrexit/ſolẽnem pompã/plauſumq; detulit? Nulli profecto. nulli: quoniam non deſidi/et oſcitanti in ſpectacu/lo: ſed cruento in harena uulneribus/et liuenti ex conſtantia plagis iſta tantummodo æquo qdẽ ſanctoque iure palma debetur. Suos ita

Cur ſe ſubtrahit orã tibus deus

Alia ratio

No.

Cōmilitones alta ueluti e specula deus inspec/
tat: quos non parua / mortaliq; ista laeticia: sed
futura: quae æterna est: secum in cælo cumulet
gloria. Abnegat exigua: ut largiat̃ imensa: dissi/
mulat audire: ut doceat petere. Quoniam quo/ Alia ratio
que feruens / et sibi intentus orator plus mente
concipit et intuetur orando: q̄ hic corpori obno
xius queat arripere: inde fit / ut langueat anxius
dum differt̃ sibi affectanti deuotio / desyderataq;
dulcedo / ingemiscat / et clamitet q̄diu a te abero
Christe fons uitæ? q̄diu inexorabilis cælestis fiet
mihi gratia tua? Conuertere Iesu domine / et su
per seruum tuum dep̄cabilis esto. Arer siccitate
anima mea / iāq; tabescit inanis sicut aranea. O/
stēde ei faciem tuam / saluaq; erit et uiuet. Illi te
exhibeto: quæ nihil p̄ter te amat: nihil poscit: ni Alia ratio
hil affectat. Irrogat̃ interdum et nobis grauis il/
la / et uerecunda cum Zebedea matre repulsa: cū
immaturum premium improbe exposcimus an/
te laborem Nescitis q̄d petatis. Non huius tēpo
ris: Sed futuræ æternitatis sunt p̄mia decreta uir
tuti. Hic seminamus in lachrymis. Ibi in exulta/
tione metemus. Hic Christi primum bibendus ē
calix: Deniq; accūbendum in regno cælorum.
Sic fortasse ꝓpellimur / ea cum postulamus / et Alia ratio

quærimus: qbus nos deus ꝓuidet abusuros: Qđ etiam prudētes sæpe homines faciunt: medici maxime ægrotis potiones somnūq; uetātes. His itaque de causis/quas cursim attigimus: aut aliis nobis incognitis/ salutaribus tamen / atq; fertilibus dum oranter suauitas nobis subducitur: sumamus pro merito/fœnoreq; maiori tunc magis instare/læti cum propheta canētes Benedictus Deus: q non amouit orationē meam/et misericordiam suam a me: quando qui preces non deserit: is carere diuina misericordia comite certe nō possit. Non destituti itaq; sumus: cum orandi dulcedo nobis aliquāto subducitur: sed probati nobis ipsis/et agniti: non ꝓpulsi: sed dilati. nō tabe facti: sed roborati. Expecta dominum. Viriliter age/et confortet cor tuū propheta decātat. Post nubilum/gratius efulgebit ecce serenum. In casu omni/atq; cōflictu aciē pugnāq; teneamus. Mucronē firmato uestigio in hostes stringamus. Nobiscū in fronte dimicat/et molem sustinet: in cuius militiam iurauimus/uexillūq; subiuimus ꝑpotens/et formidabilis hostibus Deus: cuius auxilium cū cœpit nobis afflare (Afflabit uero/cū meriti/clariorisq; uictoriæ tempus accesserit) cadēt a sinistro latere ex īsidiatoribꝫ mille/et a destris decē

No. et facto.

No.

milia corruēt: ita ut neq; desyderādū aliter sit: q̄ magno hoc/ et glorioso bello uicisse. At tandem (quod Philippe dixisti) rem omnium maximam atq; sanctissimā casui fortunæq; cōcedere nescio qs audeat/ atq; p̄sumat: nisi infidelis aliqs et stultus omnino. Peruersitate etenim ista/ uel amentia quæso qd periculosius? in ruinam/ mortēq; rapatius? Deberent qui lubricant ita animo/ p̄ planaq; impingūt et cespitāt/ quasi ante pedes nihil aduertāt: deberēt inq̄ uel illud opinari Mūdum deseri ab eo nō posse/ fortunæq; pmitti: qui operosis non manibus: sed ineffabili æternoq; architetricis uoluntatis imperio per summā sapiētiā/ et amorē illum fabricauit nullo labore uel mētis/ uel corporis: quo uacat spiritualis dei maiestas: atq; natura. Q ď q nō credit: meo certe iudicio prsus isanit. prorsus ē bælua: q deo stolidissime ďtrahit: qď ē solius dei ppriū/ et maximū munus: et nō itelligit rei cuiuscūq; naturam defecturam statim: si mundus sorte/ et fortuna regatur. Sed eo iam plane suggerente Angelo scelerū/ hominū stulticia decidit: ut quem deum uerū habēt: fortunam nuncupent: seque illi totos imprimis inicient/ atque deuoueant. quæ rerum omniū impi[illegible]/ et habenas sola teneat/ et moderet̃. Hæc

No.

Cōtra sortē atq; fortunam.

una nominatur. una inuocatur. una laudatur. una criminatur. quæ etiam siue prospa ueniat. siue aduersa. siue cæca existimata. siue trux/et furibunda: excolitur tamen/et imprimis quidẽ uel pzelatur/uel pretimetur: ut exclamare hoc loco heu cæcas mentes/insanosq; mortales mihi libeat: qui ab hac: quæ nunq̃ fuit et cuius nisi nomen inane tenetis: omnia refertis accepta. Qui ĩfectis si iam animis sermones sacros non potestis accipere: uestros uel poetas audite hac in parte minime fabulantes. An non uobis ĩqt Ouidius

Ludit in humanis diuina potentia rebus/

Et certam p̃sens uix habet hora fidẽ? Lõgeq; Iuuenalis expressius?

Nullum numen abest si sit prudentia: sed nos
Te facimus Fortuna deã cæloq; locamus.

Et enim cum quibus erit agendum: cum se inuicem cornibus petat/et tãq̃ arietet temeritas/insaniaq; eorum: qui sideribus/et inflexibilibus Fatis: et qui contra instabilitati fortunæ omnia deferũt? Si moueri Astra/Fataliaq; non possunt: quo enim pacto in rebus omnibus inconstans semper/et uaria fortuna regnabit/ac dominabitur? Sin uero fortũa domina fuerit: quæ per momenta singula ludificet homines: quo me freno

ſiſtet Sol cæli rector amabilis: aut Saturnus inui
ſus? Contra hæc deliramenta ſtultorum ueritatis
candida et ualidiſſima caſtra/et utiq; futura uic/
tricia perfacile moueremus: quibus pateſceret e/
uentus incertos: et nobis ignotos non a fortuna
q uæ nulla eſt: ſed a deo omnino manare diſpo/
nente uniuerſa æterno/rectoq; conſilio: et ſæpe ĩ
ſcrutabili nobis: ut eſt dei magnitudo inſcrutabi
lis quoq;: niſi a re propoſita cogeremur digredi
nimium: ni et duobus adhuc libris: quos de To
lerandis aduerſis ad te germane conſcripſimus:
eum locum exploratius tractauiſſemus. Quocir
ca ad rem dimiſſã reditũ demus. Deberent enim
qui fortunæ/non ſanctis precibus bona: quæ de
poſcimus: attribuunt quia improbis ſæpe bona
maxima concedi uident: illud animo uertere et
intelligere: ſi prudentiæ et ueritatis lumen eis ali
quod unq̃ eluxit: uota/petitioneſq; preſentium
cõmodorum/bonorumq; fluxorum a Deo iis fa
cilius indulgeri: quibus daturus nihil eſt maius:
q̃ dilectis/uel filiis uel amicis: quibus maiora pa/
rantur: eos uero tales eſſe: quicũq; cum malis bo
na quæppiam admiſcuere: non ſatis autem ſem
piternis digna p̃miis: quos pro mercenariis deus
non pro filiis habet. Nam ut quottidiano lucel/

lo Mercenarius gaudet/nihilque ultra id aut spe rat/aut poscit. Sic contra futurus totius rei hæres filius/despecta quottidiana mercedula\expectati one uniuersi patrimonii postremo lætatur. Sunt quoq; nõnulli: quos deus tandem ẽ habiturus ĩ suos. Sed antea adeo molles/rerumq; p̃sentiũ af fecti dulcedine: ut esse cum deo aliter nesciãt: ni si prosperis illis adblandientibus rebus: grauia nulla / aduersaq; nisi etiam cum desperatione la turi: de quibus ẽ scriptum ad tempus credũt /et ĩ tempore tentationis recedunt. Et confitebunt̃ ti bi/cum benefeceris eis: quos pientissimi dei ad/ mirabilis bonitas ad perfectum ut sensum robur que uirtutum aliquando p̱ueniant: primum / ut paruulos alit presentibus cõmodis ueluti gratis et obsequiosis illecebris/fouet sinu/continet um bra. ab his fletum/tristiciãq; propulsans: esuris tã dem : cum firmior ætas accesserit solidum/ atque asperum cibum/et aduersarum impetus rerũ con stantibus animis toleraturis. At uero q uniuer/ sos deus se precantes non æque semper exaudiat: Vni concedat: quod alteri negat: quod ẽ postre/ mum quæstionis: restat absoluere. In quo meum nihil sum profecto dicturus: qui meminerim no dũ hunc omnẽ ab Aurelio maximo nostro in ci

Alia ratio

Vnde q idẽ deus mõ cõce/ dit: modo negat.

uitate dei paucis his uerbis extricatũ · resolutũq́
plenissime. Quẽ: si placet audite. Si res secũdas i
quit deus quibusdam petentibus euidentissima
largitate non concederet: non ad eum pertinere
ista quidem diceremus. Itẽq́ si petentibus omni
bus eas daret: non nisi propter talia premia ser/
uiendum illi esse arbitraremur. nec pios nos face
ret talis seruitus: sed cupidos potius/ et auaros.
Stet itaq́ merito in honore et solio in eburneo
suo coronata triumphet oratio: cui impingi/ atq́
inuri nullo quidem modo potest ulla ex parte ca
lũnia: quin integra sint: quæ de illius uirtute/ bo
nisq́ enarrauimus: sed hoc præsertim: q̄ expedi/
tissima præ omnibus sit: quæ ducat ad ueram/ et
expressam sapientiæ semitam: Quæ cum dixis/
sem: facto fine sermonis plenisq́ læticiæ singulis
dimissus est chorus. Nota:

FINIT DE
INSTITVENDO SAPIEN
TIA ANIMO
.VII. LI
BER.

EIVSDEM MATTHAEI DE INSTITVENDO SAPIENTIA ANIMO . VIII . INCHOAT LIBER

ARGVMENTVM.

p Ostremo isto libello omnia super humana / diuinum ueluti inuentum / et uitæ forma / atq; magistra extollitur sapiẽtia: Suadetur deinde omni eam studio / labore / perpetuitateq; querendam: additis sanctissimis uiris illis: qui dies / noctesq; in hoc laboriosissime desudarũt. Inducũtur quoq; multorum philosophorum / illustriumq; gentilium: qui per omnes ferme uitæ horas ut saperent laborarunt: incitamenta miranda. Additur ardor imensus præstantissimarum quarũdam prisci temporis fœminarum quæ in hoc possunt cum uiris de laude contendere. De dictis denique carptim habetur epilogus. et relata uirgini gratia stringuntur lora octauo Colloquio.

r Estat nobis tandem totius suscepti operis postremam tibi iam partē Seuerine referre: ad quā duce et oppitulatore mihi deo trāsgressus aueo idonee cū aliis eā adiūgere: efficereque meo hoc extremo pro uiribus studio: ut quæsita sapiētia/ ac prope cōphensa legētes ad sui amorē alliciat: agnoscantq; quod ē plane uerissimum sapientiā sine deo constare non posse: neque sine rebus: quæ dictæ antea sunt: fieri quēq̄ sapientem. Et ulterius certe psuasum ita cuique prudētissimo uellem/ ne iam esset: q eam quæreret ex abditis latebris temeritatis humanæ/ et inextricabilibus philosophorum ambagibus atq; inuolucris uero deo magistro/ et perenni fonte: unde illa scatet: aut neglecto/ aut fidelissimis pcibus non inuocato: Qui pmissam illam humilibus et uera pietate pditis ementiri utiq; nescit: tāetsi cū auxilio diuino suo humanā quoq; sedulitatē/ et operam poscat mente affecta æterna ea bonitate: qua et hominē cōdidit instinctu/ atq; natura ad sapiētiā incitatū et cōmodū: ut hac ratiōe dignī plane reddamur eā annitētes laborātesque suscipe: quā dignat ille sponte largiri. Vnde ab eodē idcirco illud nobis dictū ē/ suasūq; uehemē

Humana sedulitas.

ter. Querite et iuenietis. Petite et accipietis. Pulsate/et aperiet̃ uobis. Quemadmodum enim sol suo fulgore cælestiũ corporum omnium lucentiam alit/atq; distinguit: et reliquũ mundum omnem in girũ perpetuo motu collustrat: qui tamẽ idem: si crasso obice/atq; imperuio excludit̃: cũcta cæca/furuaq; relinq̃t: Singularis perĩde dei maiestas/atq; serẽitas prima q̃dem/et una lux ẽ: quæ æternis suis radiis eos omnis ad sapientiam uerã erudit: q contra eã aditũ non abstruunt/ et cor non obdurant: quo minus ad se ingredi possit: magis autem ita se comparant/atq; disponunt: ut apertæ sapientiæ lumen in iis facile possit accendi. Depulsa igitur eorum iam hæresi: qui neque conciuem nostram esse sapientiam putant/ neq; lares inter humanos offerre se hospitẽ. Reposita quoq; et constituta argumentis haud languidis ueritate: et semita: qua ad sapientiã tenditur: /et ad illius fastigia iam erectis ueluti machinis/schalisq; admotis/unũ hoc superest: incendere omnes ad studium/operamq; sapientiæ enixe nauandam: sine qua/nostra profecto hac opera neque magnum deus aliquid/neque salutare agit in nobis. Nam tãetsi per se ipsum deus nolentem etiam/ ac reluctantem locupletare sapien-

No. (beside line 7: "ta cæca/furuaq; relinq̃t")

Not. (beside line 24: "git in nobis")

tia/uirtute omniq; alia potest: non ille tamen ab soluta potentia: sed ratione æquitateq; agendo defungitur. Etenim sanxit (quod par erat) et suum esse / et nostrum quicquid exequitur probe / atque sanctissime ad beatitudinem uirtus humana. Suum dixerim per eius præmouentem / et excitantem nos bonitatem. Nostrum æque per obsequentem / ac coagentem assensum / et illud uoluntatis arbitrium: quod liberum nobis est attributum. Indiget igitur hominum salus omnino diuina gratia primū: et nostro studio simul / opera / labore / ratione / consilio. Quocirca inuiolabilem illam ratamque Augustini sententiam qui de se curat / et cogitat intento animo uerset / non tam uerba simplicia: q̃ succū uerborū examinās Qui fecit te sine te: nō saluabit te sine te. Qua ĩ re ad memoriā illud mihi nūc reuocat̃ (nescio uerū / an iocosū iuētū) eius scilicet q ꝓlapsus ĩ fluuiū / et despata uita iā ꝓpe clamitabat q̃ta uĩ poterat succurre Minerua. Succurre Minerua: et q ab aggere fluminis afflictabat̃ amicus: duc brachia sodes. duc brachia / et deam uoca alta uoce monebat: q certe satis minime eēt Mineruā rogare: seq; d̄serere. Quare mecū cū reputassē hoc loci o Seuerine q̃ diligēs studiū / cura / opa / sudor

Gratia et coopatio.

ſapientiæ eſſet adhibendus: deque ea una maxi/
me re tum mihi diſſerendum eſſe cogitarem: in
Cælſum me tamen conuertens/ita affatus ſum il
lum. Vt tuo auſpicio Cælſe tanquam uia quadã
rationeq; rectiſſima procedat oratio: ſi tu de be
ata iſta ſapientia melius: q̃ ego rimatus es aliqd:
cupio dicas. Id enim certum tanq̃ ueſtigium qc
quid admonueris: tutiſſimus ſequar. Cui hylari
CAELS. ter ille Tibi liberum eſto ſectari: quod hac in re
mauis dux rerum Matthæe: quippe q poteris ple
ne/grauiterq; tractare quicquid uidebitur tibi p̃
ſtantius: et qui te ſapientiæ totum addixiſti iam
MATT. dudum. Ad quem et ego ſubridens nimis amice
mihi inq̃ tribuis ſemper o Cælſe: ut uehementer
indoleam tua ab opinione longe abeſſe re ipſa.
Deum attamen p̃cor tantum mihi ingenii cæli/
tus dari: ut expectationi tuæ/cæterorumq; de me
Cælſe reſpondeam. Non diſcedens igitur ab inſti
tuto eqdem meo cohortabor uniuerſos/ et mihi
ipſi uel maxime calcar adiiciam ad currendũ ad
ſapientiam alacrius: qua nihil ego uel maius/uel
deo quippe proximius noſco: ſi nõ ẽ ipſa deus/et
a deo certe progenita ante cætera: quæ æternus
Eminẽtia Sapiẽtiae. ipſe/atq; mirabilis mirabiliter condidit. Quam
talem et colendam nobis: et diuinis honoribus

existimabo semper habendã: Sed quæ etiam minor ẽ ista hominũq; dũtaxat affinis: neq; fuerit mihi non maior humanis omnibus bonis. Hæc ẽ enim ꝓbitatis omnis / et sanctitudinis mater. Hæc et humanæ præterea uitæ / atq; actionis norma: qua admonemur / atq; instruimur quæ cuiusque officia ꝓpria / quæ honesta / quæ turpia / quæ liberalia / quæ seruilia. qualia quæ agimus: quæue omittimus. Quid ætatibus / gradibus / locis / tẽporibusq; conueniat. Quæ deo / quæ hominibus æquius sint tribuenda: ut sacra / profanaq; tractãda. Qua deniq; (ut aiũt) alea in iis ludẽdum sit: quæ singulas ꝑ horas / atq; momenta accidũt in uita / ac humanis quibuslibet rebus: De qua nobis cõcedat̃ optimo iure splẽdidissimũ ꝑconiũ et elogiũ illud decãtare licentius: quod de philosophia sui sæculi Aneus Seneca uerbis his fecit Huius opus unũ ẽ đ diuinis hũanisq; uerũ iuenire. Ab hac nũq̃ discedit iusticia / pietas / religio / et alius oĩs comitatus uirtutũ cõsertarũ / et ĩter se cohærẽtiũ. Hæc docuit colere diuina / diligere hũana. Profecto huic plus deberet̃: q̃ diis: nisi ipsã nobis dii tribuissent. Quippe hic Senecã nõ stoice mõ / splẽdidissimeq;: sed christiãe locutũ affirmare nõ dubitarẽ: si ubi deos noĩauit: q aut đmões /

Seneca.

No.

aut nulli sunt: numen in psonali trinitate unicũ singulareq; dicere potuisset. Quod ex se nõ potuit: quoniam nisi per reuelationem aut fidem: qbus opinamur eum caruisse: tam alta cognitio non uenit ad homines. Adiecit etiam sapientiã nulli obuenire fortuitu: Sed quemq; illã sibi debere: quo uerbo magnifico / atq; sanctissimo / si ante dormiui: nunc qdem a somno me magnus / et grauis iste philosophus excitat / cum eam dicit quẽq; sibi debere: Suspirareq; me cogit torporẽ pteriti mei temporis q quantum forte licuerit / non me illi tantum addixerim: ut me fecisse nũc mihi blandiri humanissimo tibi placuit Cælse. Quicqd attamen adhuc superest mihi uel ocii / uel temporis / uigorisq; uel animi sacra / et o candida en tibi quidem uoueo sapientia: quem a te si non gloriosa Regina propuleris: non desperabo sterilior hactenus ad frugem meliorẽ adhuc posse redire: Pulsabo: ut me edoces: tuas fores quotidie supplex. Teram postes / tua sanctaq; limina præque atriis euigilabo tuis / si quo modo accessũ ad te fortasse promerear. Qui si etiam secretiori tuo cubiculo non me dignũ satis habueris: me / diam tamen / et patulam aulam adiisse / et celebrasse tuam: non quidem ducam inglorium: ita

Aurea sentẽtia.

per omnia iuuas/et ornas te beatissimam concu piscentes. Sed iam sane rem nostram uiri patres prosequentes: ut cœpimus: uiam ad eam unde/quaque quæramus: quam satis: si ipsi haud certe uidemus: assumantur duces ii nobis/atq; uecto/res/qui in sapientũ numerũ relati iam sunt: eaq; in cælesti nunc gloria aspectu manifesto fruunt̃. Qui quantum obseruare hactenus potui: non una omnes/altera ue. sed multiplici quidem ad eam progressi sunt semita. Sed ex omnibus pri/mam/atque potissimam esse nemo dubitabit: quam tu Cælse dixisti: dei Timorem: et cætera il la: quæ inter hos dies deinde sunt enarrata. Ast ego præterea tamen (quod expectatur) ut aliquid dicam: et ad hoc constitutum elabi sub silentio tempus non sinam: monstrabo quantum profec to me deus adiuuerit: quãto ꝑe ad sapientiam cõ qrendam/atq; tuendam sit opus studii/lectionis que sedulitas/sacrarum litterarum imprimis\et earum subinde: quæ humanitatis nomen/atq; p̃ coniũ optimo iure meritæ sũt: ĩ qbꝰ recte suscep tis quæ deus bõe oblectatio? q fructus? quæ digni tas? Nã in his liberales oẽs artes\officiorũ cõmodi tas/religio/sãctitudo/iusticia/cõplexarũq; uirtutũ oĩum multitudo fulget gloriosa/atq; mirabilis.

Studiũ lec tioq; assi/dua.

Nosq; suauissimus ille sapientiæ odor rapit/et tra
hit quo ꝑoptamus/et ad id incēdit qđ quærimus.
Sed ad egregium hoc sane munus incitamentū
reperire nullum equidem maius possum: q̄ sapiē
tum plane hominū: qui his studiis delectati / in
eorum semper amore / dulcedineq; uixere: exem
pla p̄clara: quæ generosis animis ad probitatem
omnemq; uirtutem stimulos acriores solent ad/
mouere: q̄ uerba atque p̄cepta: quoniam gran
Vis exēplo rū. dius profecto est effecisse q̄ppiam dignum lau/
de: q̄ commemorasse/ac suasisse. Moysem itaq;
Moyses. tantum/tanque diuinum apud nos uirum ad/
miremur imprimis: et eundem magistrum / doc
toremque sequamur: qui ad summum sapientiæ
culmen non prius euasit: q̄ ægyptiorum ante di
sciplinis: deinde litteris sanctis imbutus. Ad hoc
Daniel. ipsum paruulus Daniel pari ratione nos prouo/
cat: q impuber Caldeorum disciplinas edoctus
ad precoquam etiam postea rerum diuinarum
sapientiam nescio accesserit an ꝑuolauerit sic re
pente compertus / et probatus est sapiens. Sed
Apostoli: ipsi neque Christi discipuli alia ratione uiaque:
q̄ doctrina præcipua ad sapientiam peruenere:
quam uulgares quidem ipsi / ac maiore ex nu
mero simplices et rusticani cum non ha/

berent:neq; a magiſtro homine amplius per æta tem arripere eſſent idonei:in linguis cãdentibus uiſibili aſpectu delapſus ſpiritus ſanctus omnem mirabiliter illos et ueritatem/et ſciẽtiam docuit: ut nõ iam piſcatores/et nũmularii:ſed ſupra phi/loſophos cunctos/omnifariãq; doctrinam magiſtri et haberentur et eſſent. Petrũ oro cum legi/mus:illius ne uerba humani ingenii/præſentiſq; facundiæ eſſe uidentur?an corruſcationes cæli/atq; tonitrua?Qua uel admiratione ſuis in epi/ſtolis Ioãnem adducam:quas charitate:quã do/cet eſſe deum:quoquo te uertis dep̃hendis arde re?Tacuerim Euangeliũ: quod admiratus ma/gnus noſter Aurelius:Si paulo altius tonaſſet in quit:totus illud mundus capere nõ potuiſſet?qd de Apocalipſi dicam/cui laudem tantam/tãq; ad mirabilem hanc facer/et eruditiſſimus Hierony mus defert Apocalipſis Ioannis tot habet myſte ria:quot uerba. Parum dixi. Pro dignitate ope/ris ẽ omnis laus inferior. Sunt et Iacobi quoq;/et Iudæ fratris Epiſtolæ:in quibus tanetſi non ſplẽ det:ut mihi uidetur:tam eminens/admirabiliſq; doctrina ob id credo/q; tam graues non eſſent cauſæ:neq; tam periti forſitã illi:ad quorum pro fectum elaborabant:ut neceſſe fuerit profundi/

Petrus.

Ioãnes.

Iaco bus

Iudas.

us ſcribere: ſucci et pabuli tamen plenæ: et mora/
Paulus. les admodũ ſunt: et præcepta continent exactæ:
perfectæq; doctrinæ. Paulum apoſtolum uero ne
Not. mo mea ſententia mirabitur ſatis: niſi qui pluſq̃
mortalis ſentit et ſapit. Nam uerba illius ſingu/
la aurea ſunt. rerum ordo mire diſpoſitus. Vis et
expreſſio ſagyptæ: ītortaq; fulmina. eloqutio ue
ro omnis lactei fontis: et mellei: In cuius anima
ueluti ī theatro/ deiq; ſacrario præmatura primũ
legis inſtitutio ueteris: et in ſynagoga profectus:
deniq; tanta poſt Chriſti fidem doctrina condi/
ta ē: ut eam cũ in orbē terrarũ ſpageret/ ac diſſe
minaret: nõ ſe tũ qdē: ſed deum in ſe uel ex ſe lo
cutũ fuiſſe/ ipe ſit teſtis. ipe ſit præco. Taceo hoc
Origenes. loco Origenē: cuius ſex milia librorũ gloriatur
Chriſoſtomus. ſe legiſſæ Hieronymus. Taceo: qui ex græcis inſi
gnis ē titulo aureæ linguæ: Ioãnem. Taceo Baſi
Baſilius lium cognomento magnum. Ioannem Dama/
Dionyſius ſcenum alium. Dionyſium Ariopagitam: angeli
G. nazãz. cæ uirtutis/ atque naturæ perſcrutatione clariſſi
mum. Gregorium Nazanzenum noſtro Hiero
Athanaſius. nymo diſcipulo glorioſum. Athanaſium Alexã
drinum epiſcopum Cyprianum celebrem carta/
ginenſium Antiſtitem: alioſque permultos ex
græcis ſummæ ſanctitudinis/ et immortalis no/

minis uiros. Ad latinos autem noſtros accedo li-
bentius: eos maxime: qui poſt Apoſtolos domi-
ni numerari merito mihi poſſe uidentur: Ex q-
bus plane: ſi me non fallit (quod non ſentio) a-
mor: prima gloria digniſſimum habeo noſtrum
A. Aurelium quippe qui ad annos uſq; ſeptem
et ſeptuaginta: quos uixit: nunq̃ deſtitit ab inq-
renda ſapientia / ac ueritate nunquam quieuit:
nunquam et diuinum iuuenis ſudorem abſter-
ſit / donec ueluti fugientes ambas ſimul arripe-
ret / atq; teneret: ſapiẽtiam dico / et ueritatem: in
citatus ad hoc primũ: ut narrat ipſe: puer adhuc
ab Ciceronis Hortenſio. Diſcebam libros eloquẽ
tiæ inquit: in qua eminere cupiebam. Peruene-
ram in librum quendam cuiuſdam Ciceronis: cu
ius linguam omnes fere mirantur. Liber ille ip
ſius exhortationem continet ad philoſophiam /
et uocatur Hortenſius. Ille uero liber mutauit
affectum meum: et ad te ipſum domine muta-
uit preces meas / et uota / ac deſyderia mea fecit a-
lia. Viluit mihi omnis uana ſpes / et immortali-
tatem ſapientiæ cõcupiſcebam æſtu cordis incre
dibili: et ſurgere iam cœperam / ut ad te redirem.
Non ego ad linguam referebam librum illũ / ne
que mihi locutionẽ: ſed qđ loquebatᷣ pſuaſerat.

Auguſti nus.

No.

Deinde inflammatior fide suscepta a litteris san ctis effectus: quæ interim euoluerit irrequietus il le. Quæ idagatus. quæ ab eo suscepta. quæ lecta. quæ scripta. quæ ditata. quæ enarrata nemo aut assequutus/ aut emensus ē satis ita euincunt illius studia atq; uigiliæ cuiusq; ocium /ac diligētiam. Laudatur præsenti hoc tempore Petrus Lūbar/ dus sententiarum magister appellatus: et Gratia nus frater Decreti digestor/atq; cōpositor. Lau/ dantur Theologi illi tam multi: quos schola Pa risiensis disciplinarum/ac imensæ subtilitatis arti fices dedit: Albertus magnus. Alexander Ales. Thomas Aquinas: et cæteri recentes magistri: q bus Dominiceus Seraphicus/hæremitanus/Car/ mellusq; ordines gloriant: quos nominatim idu
No. cere breuitatis causa prætereo. Hos et ego meri ta laude nullo mō fraudabo;. Sed audebo semp non iniuria longe illis tanq̄ principem Augusti num præferre: a quo illi pendent/et ceu riuuli a primo/et claro illo fonte scaturiunt: ut qui eorū doctrinam optimam / atq; sanctissimam adepti sunt: et in ea clari euaserunt: his quippe Augu/ stino principi acceptum habere omnino conue/ niat. Cui perinde: qui sacris in litteris sapiat ali/ quid: icognitus est extremus labor/curaq; sciēdi

Hieronymi diui: qui uitæ suæ anno centesimo proximus et debilitati iam corporis uix cohæren te compage/nunq̃ tamen elanguit ita/ aut certe contabuit: quin feruidum/insenescentemq; ani/ mum nullo non die ad sapientiã / atq; doctrinã magis/ac magis semper extenderit: cuius diuinũ ingenium/et linguarum omnium absolutam/in comparabilemq; pitiam/et ĩ qua regnat: eloquẽ tiam obstupescunt uniuersi/et summis in cælum laudibus tollunt. An non uirorũ iste ita mirabi/ lis/atq; sanctissimus preliatus est cum difficulta/ te/ potentiaq; naturæ? cũ recte pronunciandi he braicam linguam: quam discebat: contẽtione dẽ tes impeditiores: quibus non satis poterat anhe/ lantia perfracta inculcataq; uerba illa proferre (Res inaudita)ferro æquandos sectori concessit/ et tradidit? Quantum de Ambrosio Mediolanẽ sium Antistite dicendum et mihi esset: si comp̃/ hendere eius splendorem et dignitatem/et in stu diis laborem tempus mihi concederet? Cuius ui ta fuit semper in subtilissima inquisitione ueri/ tatis/et sapiẽtiæ? Qui tot librorum dignissimorũ uolumina reliq̃t a se composita? in q̃bus nõ ui/ deas facile: quod stupeas magis illorũ ne copiã: an certe eruditionem/et grauitatẽ? Quid de Ro/

HIERO.

Gregorius mano patre Gregorio suis satis laudibus dignū/ ac meritis referam?qui in gubernatione/quotti/ dianoq; fragore apostolicæ sedis.et strepentissi/ mæ curiæ neque destitit unq̃ ab expetitione sa/ pientiæ/studiorumq; labore etiam uariam inter ualitudinem sæpe adeo:ut supra reliquos Ponti fices/ecclesiæq; doctores in ipso potissima gloria niteat ex morali doctrina/affluentia/lenitateque sermonis? At uero amorē litterarum imensum/

Thomas. sudoremq; perpetuum Aquinatis beati quis cre diturus esset:si quæ habentur i manibus opera non loquerentur?cuius ingenio/atque labori reli qua recentis sæculi ita cedere mihi nempe uiden tur ingenia:ut parua magnis/et pauca q̃pluri/ mis eiusdem uirtutis / et sortis:etiam si eo in ge/ nere litterarum multi coæui sint acutissimi atq; mirabiles/et addiderint inuentis plura subtiliter Nam ex illa ingeniorum multitudine tāta trac/ tauit et scripsit unus ut si nūquā uir iste dormis/ set /nullaq; corpus in parte curasset : si calamus nunquam ex digitis excidisset:aut plurimis dicta re notariis non destitisset:si et lectores diuersorū operum illi semper aliquid auribus instillassent / ac susurrassent:nihilq; eorum quæ uel legerat/ uel audierat obliuisci potuisset:adhuc danda mi

raculo mihi plane uideretur ubertas tanta/beata
que et inexhausta: quã litteris consecrauit indu
stria. Extãt inumeri alii illustres sanctitate ꝑcipu
aq; doctrina huiusmodi uiri: q ꝑ studia/perpetu
osq; sudores/atq; uigilias ad fulgorẽ sapiẽtiæ in
defessi cucurrerunt/et gratia eis deniq; afflãte di
uina illam tenuerunt: quos in sapientum nume
rum si non admittimus: cubitum abeat sapien/
tia: de qua nihil præter nomen et strepitum lu/
dificati teneamus. Sed si eos: ut res est: sapientes
suspicamur: qui non modo imaginem sapientiæ
deprehenderint: sed rem certe/ac ueritatem:
tum alacres quantum quidem animis possumus
uel peruolare uel currere/duces eos consectemur
ad eum saltem sapientiæ gradum anhelantes: q
medius/ut diximus: ab hominum uita non exu/
lat. Accedant hoc loco et auxilio nobis post ho
mines sanctissimos nostros Philosophorum
perpetuæ uigiliæ prodigiosique conatus/pon/
gentiores fortasse q̃ exempla nostratia. Qua
Augustinus ratione quintum omnem Ciui/
tatis Dei librum gentilium Romanorum re/
fersit exemplis ignauiam Christianorum gra/
ui censura demordens/et turpi dignam ru/

bore calũnians: si pro regno cælorum torpentius se gesserint: laboribusq; pepercerint: q̃ gentiles il li pro regno terreno. Quid itaq; non fecit: ut sa

Plato.

peret: humanarũ rerum stupor: et deliciæ Plato? De eo enim uiro prope diuino / incomparabiliq; philosopho scribit multa Laertius luculẽter / atq; fideliter: Testatur et noster Eusebius in p̃parati one euãgelica longe maiora. Hæc præsertim. Ab sanctis hebræorũ litteris præcipuã suã omnẽ illũ traxisse philosophiã. Inde edoctũ asseruisse. Qui iuste / sancteq; uixissent: post mortẽ ad beatorum insulas proficisci: et ibi uacuos omni qdẽ incom modo sũma in beatitudine degere. Contra q im pie: ad imania supplicia: quæ tartarea appellat: raptari / p q; osores Angelos cruciari. De uno aũt deo / ac prima causa eũ e nostra pene fide dispu tantem inducit. Qui et docet habere quasq; ani mas tutores Angelos. Futurũq; diuina uirtute / atq; potentia uniuersale de cũctis iudiciũ. Multa q; miranda alia eruta de profundis diuinisq; te / sauris: qui conditi erãt solos apud hebræos. Ad quæ præclara non pauca hinc inde collecta uir

Guarinus

magna doctrina noster Guarinus adiecit uno di gesta libello de uita Platonis inscripto. Deinde

Marsilius.

Marsilius Ficinus admodum meus pleraq; egre /

gia de illo notiora nobis effecit: qui uitam totam fere consumpsit in traducendo ex græcis fonti/bus latinam in linguam quicquid repperit unq̃ a Platone compositum, ut apud græcos latinos/que nihil iam ferme platonicum manserit: quod opera ad nos eius aut non commigrauerit / aut reformatum non fuerit: ex quibus auctoribus omnibus latissime constat nō purpurato illi / mol liusque accubanti sapientiam assurexisse / aut for tuito / sorteque obuenisse: Sed ei: q̨ iuuenis quæ rens et eruēs undequaq; doctrinam: audiuit pri/mum / atq; expressit mirabiliter Socratem. Quo uita functo Cratilo / et Hermogeni / philosophi/am gloriose tuentibus se in discipulum dedit.

Qui deinde annos duo de triginta natus Megaram ad Euclidem se contulit. Qui rursus ab Euclide ad sacerdotes / barbarosq; prophetas: ut cæle stia etiam acciperet: transiit. Qui neque sædato desyderio longius procedere sibi statuerat: nisi il lum quo minus potuerit Asiæ bella ītercepissēt. Huius tanti exemplo philosophi diuus noster Hieronymus Paulinum compresbyterum precla ra una illa epistola: quæ ad Bibliæ frontem ap/posita ueluti monile corruscat: ad sacrarum litte rarum studia incendit / et prouocat quanto ni/ HIERO. đ Platone

xu/contentioneq; potest: illū referens post sapiē tiam peregrinantem / uirosque doctissimos omnis audire satagentem ægyptum totam pagrasse. Ad Architam Tarentinum ex ægypto diuertisse: et illam oram omnē Italiæ: quæ magna quōdam græcia dicebatur: laboriosissime collustrasse: ut qui Athenis magister erat/et potens: cuiusque doctrinam Achademiæ gymnasia personabant: peregrinus fieret/atq; discipulus/malēs aliena uerecunde discere: q̄ sua impudenter ingerere: Qui deniq; cum litteras quasi toto orbe fugientes persequeret: captus fuerit a piratis/et crudelissimo Dionysio Tyrāno uenundatus: cui infracto paruit īmutatoq; uultu emptore gloriosior / atque liberior: ita captiuus/et seruus: quoniam philosophia Platonem tuebatur: stulticia Regē. A quo tandem tanta post detrimenta/atq; pericula diuinam hanc uocem emanasse auctor ē Cicero O beatum illum: cui ī senectute etiam contigit sapientiam uerasq; opiniones asseq potuisse. Qua et arsisse cupiditate sapiētiæ Pythagorā dixerim/q quoniā Platonē ætate longe p̄cessit: memorādus mihi iure antea fuerat: sed ita achademici sumus: ut Plato nobis primus semper occurset. Nam et ipse ægyptum lustrauit, persarū

Nota.

Pythago.

magos adiit. Memphiticos aggressus ē uates. ultimas terras/et barbaras gentes:orasq; dispersas/et uastas pedibus obiit. Flumina. maria. stagna/que tranauit/quærens semp̄ unde plus saperet/magis/magisq; proficeret. Quo tanto labore ad id sapientiæ/auctoritatisq; peruenit : ut quicq̄d ille precepisset ī litteris/ac disciplinis:quas in Italia maxime docuit:alia nulla adiuncta ratōne ab omnibus acciperetur:satisq; foret inducere quoties esset de re aliqua quæstio Pythagoras dixit: Vnde quicq̄d nobile tum ferebatur in philosophiæ studiis pythagoricum putabatur (Nōdum enim ulla bonarum artium celebritas penes græcos floruerat) ut propterea ei diuini q̄dem honores delati sint/q̄ quæ ab aliis immenso sudore collegerat/summo studio/ amoreq; doceret. Pyt. dixit.

Quem et nihil ad posteros scriptis transmisisse sed uiuo ore sua instituta tradidisse pleriq; contendunt:ut ab eo nihil relictum dicant præter paucula quædam : quae filia de eius commentariolis collegit. Sed Laertius perquāmulta ab eo scripta commeminit : et librum de uirtute herbarum scripsisse eum memorat Plinius. Sed fidem in hoc nihil obstringo meam.

Verum diuersitas tamẽ hæc hinc est suborta fortasse/ꝙ plures eodem ferme tempore eiusdem nominis/hoc ẽ Pythagoræ/ extitere philosophi: deque iis etiam consamii nõnulli : aut quoniam eius scripta non habentur in manibus ulla. Creditur ab Socrate itidem nihil memoriæ traditũ scriptis :sed quæ candido ille/sanctoq; ore docuerat:ea Platonem discipulorũ gratissimum plurima in uolumina retulisse :et propriam ingenii admirabilis sui laudem præceptori consecrasse.

No.

Sed scripserint :aut non scripserint quærere curiosius abest a præsenti ꝓposito\ atq; negocio.mihique facile cum quocunq; conueniet.Magis ad Democritum uenio:de quo stupori semper id mihi ẽ reputare quæ ad sapientiam fuerit in eo auiditas/quæ cupido.quæ flãma. Qui patrimonio neglecto uel ut tradunt quidam peregre absumpto penetrauit ægyptum/ad magos et ipse/sacerdotesq; caldeos theologiam/et Astrologiam / et cum his Geometriã accepturus accessit.Tandem et rubro marí transmisso peruenit ad indiam / eique cum Gymnosophistis contubernium fuit/atque congressus gente :ut ẽ Plinius testis: quæ ab exortu ad occasum perstans/ solẽ immobilibus oculis contuetur: et feruentibus harenis

Democritus.

toto die alternis pedibus insistit. Postea Ethiopiam adiit: ut sapientiam ceu tesaurum abditum ubiq; conquireret? quod quãdiu sibi uisum ẽ cũ idefesse fecisset: se priuasse oculis ferẽ: quo a contemplatione sapientiae/ et maximarum rerum: quas perceperat: dulcedine/ uario quãminime alterius rei abduceretur aspectu. Incedat inter hos medius/ ac coronatus sacro sapientiæ lauro/ et ardentis ostri umbraculo tectus: quod musæ hinc: Inde uero liberalium omnium disciplinarum caterua sustẽtet. M. Cicero noster æterna latini nominis gloria: cuius extremos labores in sapientiæ studiis/ etiam inter rei pu. æstus/ atq; procelas qui ignorat: est indignus profecto: qui magnũ unq̃ aliquid atq; preclarum ĩtelligat. Humano quippe / an certe diuino eius tanta doctrina ingenio sit concedenda non facile uideo. Officia illius. Tusculanas quæstiones. Bonorum / malorumq; fines. De re pu. deq; legibus libros / Hortensium. Catonem. Lelium. Consolationem in morte fi/liæ tollitæ. legite. odoramini patres. Quid (supreme deus) preciosius? quid sanctius? quid cælestius unq̃ habitum est apud mortales? habendum ue spabitur? In his omnis omnium philosophorũ doctrina ad unguem expressa. In his cunctarum

Nota:

Tullius.



gẽtium castigatissimi mores: et quæcunq; fuerũt sanctissimæ leges. In his denique diuina omnia/ euangelicaq; præcepta corruscant: cui si nostra uiro fides illuxisset infusa: quippe illum in sanc/ torum numero teneremus: et insignem illi aram/ atq; imaginẽ (puto) excitaremus: cuius recisũ di/ uini eloquii caput/ et quæ pacẽ romæ peperat: de xteram manum pro rostris quoties (deus bone) sum mihi uisus magna pietate conspicere: atro/ cissimamq; eam detestari fortunam: quæ Popili um ingratissimum illum in theatrum tanti ho/ noris et gloriæ irritasset: quo nullum esset scele/ re maius. Gloriari quoque nostra hæc ætas iudi cio quidem meo potuisset duobus miris ac splen didissimis subortis luminibus Ioanne Pico claris sima ex familia Mirandulensium Comitum. Et Hermolao Barbaro patricio insigniq; Veneto: si duas tantas nobis cæli imaturius non inuidis/ sent animas. Miraculo erant omnium oculis nõ dum barbati: in quibus tam præcox ingenium/ tam capax/ accelerataque memoria niteret: ut nosse ea ætate uiderentur quicquid latinis/ græ/ cisque in litteris esset insigne. Loquor ex fide/ conscientiaque non ficta: quod Patres facile pos sum (Fuit enim uterque mihi notissimus/ atque

IO. Picus H. Barbarus.

ego uicissim illis gratissimus ac perdilectus) Et Hermolaum quidem quo tempore eiusdem fa/miliæ Hermolaus propatruus noster erat Anti/stes agnoui Veronæ primum nondum puber/tatis annos ingressum et iam latine/græceque e/ruditum.prosa.uersu.pronunciatione.memoria stupori omnibus. Quo coalescente in pataui/no gymnasio.Deinde uiro facto Venetiis. Romæ tandem quoad uixit sum familiariter usus. Pico uero Mirandula in Fesulano Abbas annũ totum gauisus sum hospite a Laurentio Medi/ce mihi commisso:quo in loco ocium ad sacra/rum litterarum maxime studia/linguamque he/bræã perdiscendam commodissimum sibi delegerat illectus: cum solitudine amœnissima quidẽ et litteris grata:tum præclara biblioteca illa:quã nobis construxit una cum monasterio toto im/pensa spectabili Cosmus paternus auus Lau/rentii et mediceæ familiæ princeps. et publicis insuper meritis/atque perpetuis putatus primus patriæ pater. Hos ambos ego iuuenes deprehẽdi continue alia nulla:q̃ litterarum cura/dulcedineque teneri. Post rem sacram/auspiciaque diuina:quæ priusquam agerẽt mane quicq̃:quærebãt:totas ferme horas/diurnas æstate/noctur/ Cosmus.

nas hyeme discendo triuisse: ut tantum omnifa
riæ doctrinæ cumulum assecuti essent: quantum
sui temporis nemo ullibi agnosceret. Quale ue
ro illud tuæ gratiæ maxime et potentissime deus
quum adhuc prime lanuginis iuuenis romana ĩ
curia Picus nonigentas cõclusiones/atq; proble/
mata omnium scientiarũ et rerum mirabiliũ affi
xit propendula albo parieti sacri palatii? et ad ea
rum disputationem/atq; congressum gentes uni
uersas /et populos inuitauit? mentem ueluti in/
finitatis capacem tanta in orbis terrarum luce au
sus ostentare/et super omnes æterni sibi nominis
famam propagare. Quãquam ea tanta profiteri
in quibus ad inuidiam usque/et suffusionem pu
tarentur omnes prope superandi: opus nimiæ
audaciæ/iuuenilisq; feruoris magis: q̃ plani/mo/
deratique consilii a plerisque sit iudicatum: qđ
ingenue ille postea fassus est mihi apud deum fa
ctus humilior/et uulgi rumusculis / plausibusq;:
quibus iuuenis ferebatur: omnino despectis.
Quum et fuit censura Pontificis adactus eorum
partem: quæ proposuerat: quasi christiana non
essent ex fide / damnare. Sed quis modo accusa
bit aduersus electos: ut ait apostolus? Ludificatus
nõ ĩtẽpate. nõ uesane. nõ rabide molitus ẽ aliqd.

Magis uero diſciplina ſancta tua Ieſu domine excitus / mox ſe cohibuit: et fauores / blãdimenta que hominum: quæ aucupari ſe plane putarat: flocifacere cœpit / ſoli uirtuti / ſapiẽtiæq; inſeruire. Et quoniã recte philoſophãti opus fore exiſti/mauit diuitiarum cura non implicari: portione imperii / et uectigalis: quota illi obuenerat: fratri conceſſa: non deſtitit aſſidue uni ſibi ſtudere / atque intẽdere / et dies / atq; noctes ea uoluere: quæ uel ad ſapientiã / uel ad ſalutẽ putauit ꝑtinere. Qui ſi primis ãnis ob formã egregiã / et ualitudinem ad uoluptatem ullam impurã unq̃ deflexit animum: mox reſipiſcẽs / et ſatyricum illud ſibi ꝓcipiẽs breue ſit / quod turpiter audes: ſe freno uirtutis / ac ꝑpetua ſtudiorum cura / ſolitudinisq; cuſtodia ita coercuit: ut deinceps ad obitum uſq; non cãdide modo: ſed angeliter degere mihi ui/ſus equidem ſit. Parem in Hermolaum manum beata (nuncupetur ab aliis ſæua) ſtrinxit iniqui/tas: qui Romæ pro imperio Venetorum quum eſſet Orator: et delatam ſibi patriarchalem Aqlegiæ mitram uir publicus / et eques auratus non repudiaſſet: tantæ temeritatis culpatus ẽ a Senatu: ut dignitate fuerit / graduque utroque prohibitus. Hoc loco: ſi cauſa locusq; depoſceret de/

flenda esset tam imatura acerbaq; duplicis glo/
riæ latini nominis:et raræ uirtutis extinctio / atq;
iactura/non minoribus uel certe gemitibus:q̃ a/
pud Augustum atq; Octauiam summus Poeta
Marcellum funeste defleuit:Sed unũ illud atten
to/agendũq; et mihi puto:ut horum aculeis ex
citemur ad studia:quorum ardor/et cura ita ꝓ/
pensa/et pertinax extitit semper in litteris:ut his
uita lõgior si contigisset:eisdem quoq; in omni
doctrinæ et sapientiæ laude omnis facile conces/
sisset Italia:si non iam forte concesserat. Genero
No. sis etenim animis ea uirtus/et probitas ingeritur
acrius/atq; infigitur quæ p̃sens oculis fuerit/et ꝓ
spectis incensa laudibus ẽ:q̃ ea sane:quæ ad nos
transmittitur historiarum fide/ac monumentis:
aut fama aliqua se auribus infert:nullusq; certi/
or ẽ oculo testis/et calcar profecto uehementius.
Vnde illud euenit sæpe/ut auditã rem aliquã si
neglexerimus turpe non sit:quã uisam non æmu
lari suppudeat/ita certatim ad res præclaras oculi
STRO. currunt. Tum uehementer Stroza suspirans ui
des usquam ne loci tu Matthæe inquit germina
ullius tantæ spei surgere/seque attollere. ut eorũ
compendio duos tantos fulgores amisisse acquie
MATT. scamus? Ad quem ego ex quo uiuo mi Stroza

inquam nulla maior fœlicitas temporis ad stu/
dia maxime: q̃ præsens hæc nostra: adhuc perspe
cta est mihi sane. Habet enim Latio ferme iam
toto hanc præcipuam/et pulcherrimam nostrū
hoc sæculum gloriam/et ab diuina prouidentia
donum: ut non pauci alta spe surculi/atq; pro/
pagines surgant/et pululent/daturi omnibus in
litteris/et sapientiæ studiis: si coaluerint: uberes
fructus/atq; mirabiles: et reuocaturi nobis priscā
dignitatem et laudem: in omni genere bonarum
disciplinarum et artium: quæ dudum graui ue/
luti somno obdormiere. Sed iterum / iterumque
miseranda et heu inuisa cælo fortasse tam fœlix
nunc dies: quam caliginosa / et putris nubes cœ
pit offundere / ac permiscere: ut porro extime/
scendum non minime sit: nisi cœptum incendi
um nostris ab tectis et domibus deus extinxe/
rit: ne florens / et gloriosa Italiæ dignitas:
quæ grauida barbaris armis / et terroribus est:
ad uandalicam et Gotticam rursus colluuio /
nem / barbariemque deficiat cum exicio bo /
narum: quas diximus: surgentium artiū omniū
et amissione reliqui omnis splendoris/ et gloriæ/
eā iā ptim occupāte: ptim īfestāte semp æmula et
inuida nobis Gallorū manu/armata iuectaque

(quod metuo)ab ultrice dei iusticia contra p̃sen
tem magnorum nostrorum hominum sæuiciã/
tyrãnidem/superbiam/auariciam/ libidinẽ /reliq̃
que maliciam/bonos/ac christi pauperes ubique
uorantem. Sed ad rem equidem nostram iam re
deuntes: uiros cur tot cõmemorem: quãdo et pri
sca gloria fœminæ(quod ornamentum iam fer/
me totum amisimus)non segniori sint nobis exẽ
plo? quarum plerasq; tantus amor tãtaq; cupidi
tas ad sapientiam euexit: ut ea in re cum summis
uiris potuerint sæpe de laude contendere. Quan
to miraculo(deus)in toto orbe/atq; natura Sybil
Sybillæ. x. læ extitere: extabũtq; ppetuo? Quas ex M. Var/
rone decẽ fuisse Augustinus colligit/atq; Lactan
tius: quãuis nõnulli: quorũ apud nos minus ua/
let auctoritas: plures: q̃ decem uaticinatas astru
ant. Quid illa austri Regina auditu mirabilius?
quæ ab ultimis quidem terris /patria/auitoq; re
gno dimisso Hierosolimam uenit/ ut sapiẽtiam
ex uberrimo illo Solomonis fonte præsens hau/
riret: qui sapiẽtis fama /gloriaq; omnes ea tempe
state putaretur excedere? quam admirari/atq; ex
tollere eo iustius nobis extiterit: quo præconiũ
hac in re meruit domini Saluatoris/et horrendo
totius iudicandi orbis die contra desides statura

ſit/et de omiſſa ſapientia damnatura Iudeos.
Quã et generoſi/et æſtuantis amore ſapiẽtiæ animi ambæ uirgines illæ Laſchẽia:et Axiothea fuere/quæ cum fas Athenis non eſſet intactas puellas prodire publice:ſe mares cultu/habituq; uirili mentitæ/docentis Platonis auditorium diutiſſime frequentarunt incognitæ/Eo uero tempore: quo diuus noſter Romæ Hieronymus floruit Paulæ.Bleſilæ.Euſtochio/Marcellæ/Cellantiæ. Demetriadi/aliiſq; q̃plurimis quanti doctrina et ſapientia ſteterit ipſe non dixerim : Siquidẽ magni/et beatiſſimi illius uiri opera/æditioneſq; declarant:quas maiore quidem ex parte his illuſtribus/atq; ſanctiſſimis fœminis inſcripſit ille / atq; dicauit.Quod ſi de illuſtribꝯ et erudititiſſimis fœminis eſſet nobis curæ quicquid poſſumus dicere/et obſequeret̃ ocium/et tempus ad hoc:occurreret Muſa illa leſbia Sapho:a qua carmen ſaphicum putant nominatum.Occurreret et illa Centona:quæ tot uerſus uirgilii ad Chriſti propoſitum accommodauit/et traxit.Non deeſſet Ameſia/atq; Hortenſia in orando mirabiles: Sed uideremur forſitan nimium in poetarum et oratorum caſtra deferri:uel preſumere uniuerſa curriculo tam paruo complecti : cum iam quidem

Laſchenia
Axiothea.
Paula
Bleſilla
Euſtochiũ
Macella
Celantia.
Demetris.
Sapho.
Centona.
Ameſia.
Hortenſia

hora concessa decurrat. Quare auditis iam tantis: quæ enarrata de sapientia/uel conquisita labore/uel infusa diuinitus hactenus sunt: dubium nobis relinqui ne potest: quin sapientia / siue ob splendorem: qui in ea est: siue ob certitudinem/ et puritatem: quibus duabus rebus uere eruditur homo/atq; perficitur: partem maximam teneat fœlicitatis/et gaudii præ humanis cæteris bonis?

Nota: Quin et uia rectissima sit ad uitam omnino beatam? Teneatur illud ergo certissime nullum rerum naturam totam habere compendium: cum quo possit sapientiam commutare. Vincit mortalia omnia illius species. Vincit magnitudo. Vicit honor. Vincit diuinitas: si tantũ usurpari nomen hoc loco haud iniuria licet. Quod constare uobis libere si fatemini Patres: iam satis pro tempore ista de re arbitror uos alternatim \ meque dixisse dum excussa / repertaque ẽ de sapiẽtiæ dubitatione ueritas / et certitudo. Inductus

Epilogus. Timor ipse beatus: qui ad illius imprimis nos dirigit arcem / et domicilium. Et cum ipso Timore consequta bonitas. Disciplina. Scientia: Visque orationis / et dignitas. Dum et summo ad eam studio/ atque ardore diuini interuentu præ

ſidii per exempla : et ea quidem maxima atq; cla
riſſima ſumus inuecti. Quæ cum dixiſſem ſur/
gentes omnes ab amœniſſimo ridẽtis naturæ tra
ctu atque ſpectaculo tecta ſubituri diſceſſimus/
hymnum mollibus uoculis uirgini pro gratia et
honore modulantes : Illamq; precantes/ut in ui
ta/morte/caſu omni/et loco nobis adſit auxi/
lio? Quæ propter nos peccatores facta ẽ genitrix
dei/et cæleſtibus omnibus Regina ſublimior.

DE INSTITVENDO SAPI/
ENTIA ANIMO OCTA
VA ET VLTIMA
COLLATIO
FINI
T.
¿

Recognito poſt impreſſionē uolumine carptim errata admodū grauia perſpecta ſunt nulla. Nō potuit tamē ita quaq; diligens oculus / manuſq; artificis ſemper in officio eſſe: quo minus in exi guis quandoq; peccauerit: quæ quoniam quili/ bet uix doctus mediocriter agnoſcere facile ſane poterit/ aut uel corrigere/ uel pertranſire non pu tatum eſt oportere annotari ea curioſius ſed pro bo cōmittenda eſſe lectori: Qui quiſquis fuerit ille ſit fœlix.



M. Antonii Aldegathi Mantuani ad lectorem Epigramma.

ILlustret quæ uere animum sapientia nostrum
Qui cupit: et uerum noscere mentis opus.
Matthæi monimenta legat clarissima Bossi:
Sed legat: ut possit fruge leporis ali.
Dogmata quod ueterum potuerũt noscere nũq̃
Palladio cunctis pandit odore decus.
Surgit opus sermone graui : moderamine certo
Tenditur: et docta syrmata pingit acu.
Et pingui superas succo se tollit in auras.
Cessat et in tantis copia nulla locis.
Lector habe in p̃ciũ: nihil ẽ quod lædat in illo:
Sed lecto poterit sanctius esse nihil.

REGISTRVM.

Primo folio continetur Epiſtola deinde

ABCDEFGHIkLMNOPQ.

Omnes ſũt quaterni excepto Q qui ẽ duernus.



Opus hoc Impreſſum ē q̄accuratiſſima
fide et diligētia licuit: ſano diſtinc
toq; charactere a Pla
tone de Be
nedictis
Bo
noniæ
Anno Salu/
tis Mileſimo quadrin/
genteſimo / nonageſimoquinto
Octauo Idus Nouembres. Laus Deo

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CANONICI REGVLARIS IN IESV CHRISTI SALVATORIS PASSIONE FLEBILIS ET DEVOTISSIMVS SERMO.

d E immanitate ſuplicii/horrēdaq; morte parentis et magni dei noſtri/perditi orbis liberatoris uerba facturus concanonici patres/ac pientiſſimi ciues tantus imprimis me horror inuadit/ſtupor corripit/cruciatus diſrumpit/occupat dolor: ut apud me ſim ſatis equidem neſciam/et polliceri uobis patres magis profecto poſſim ſingultus et lachrymas: q̃ ſermonem/atq; facundiam. Quis ſane eſt ita fidem. ita charitatem. ita gratitudinem. ita tādem humanitatem omnem exutus ut induriſſimum illius pectus pars doloris et contritionis aliqua omnino non ſubeat/et contractam eius etiam/atq; agreſtem funeſtus hic dies non mentē emolliat/quo exempturus a ruina atque interitu humanum genus omne rerum conditor deus/poteſtate ſe nudans: īmortalitatem et gloriā mortalitati ignominiæq; ſuſtrauerit/et in cruce ſublatus/atq; peremptus/animam dederit: quatenus q



i ꝓgenitoribꝰ erāt morti obnoxii (erāt uero oēs) morte quidem sua euocaret ad uitam? Hæc sane miseratio magni erga nos dei tāta q̄ amaras nos inuitat ad lachrymas? q̄ et ad condolendum sollicitat? Ob hoc itaq; hodie sponsa christi fidelis/ et nostrum omnium mater ecclesia tanquam uidua amaras domini fletu decorat exequias/ inter que crudissimas lachrymas agit/ uoces lamentabiles ædit/ palmas complodit / et quanta ui / pietate que potest cælū/ terrasq; ad complorandū īuitat et prouocat/ pro serico et purpura / pro auro et gemmis/ floridisque tegumentis reliquis atras in sacris et decolores induit uestes/ in templis ad tinitum nulla tunduntur æra: Non musica manus in suauem concentum agitat organa. Non hymni spalmique lætissimi exaudiuntur ulli: nusq̄ et resonat summæ laudis et gloriæ alleluia dulcissonum/ pulcherrimus ille in sacris prophetæ carminibus finis/ diui Hieronymi inuentum Gloria pa. et fi. et spi. sancto. Silentio præterit̄/ neque canorum aliud/ suaueque sonans excitatur: quod pios animos mulceat: Sacerdotes depresso ore et gemebundo iusta persoluunt: nuda proferunt̄ altaria/ splendidissimæ tabulæ/ et signa uelantur. non thura. non alii fragrantes aris incenduntur

uapores/non cerei/non lichini collucēt:sed quod longe exuperat omnia/et post se minora dimittit oppetente mortem Iesu domino creatura omnis conterrita est/suoque commiserata fictori:et ea non modo quæ sentit:et sapit:habetque aliquid commune cum illo/ut angelici spiritus / nosque mortales:Sed quæ mente etiam uacat et sensu.

Quippe Sol ab hora diei sexta ad nonam usque obscuratus nihil orbi impertitus est lucis/quæ tā ta obscuritas atque defectio terris obducta/nul/lo qdē mō accidere ī sole nisi miraculo potuit.iubar.n.ille ꝑpetuus hebescere tā diu īsolitus ē / et eo plane tp̄e Luna q̄rtadecima erat/pleniluniū agēs/nō soli subiecta: sed e regiōe ꝑmeans/girūq; cōficiēs/ut irrogare soli cōtumeliā:offūdereq; caliginē minime posset:quo īsueto horrificoq; spectaculo q erāt nobilissimi ī græcia ī ægyptoq; philosophi ut reliq̄t Dionysius scriptū/aut deū naturæ pati aut casurū ꝓtinus cælū et extremū subiturū exitiū orbē sint ominati.et athēis illos ignoto deo struxisse arā ī apostolorū actibꝰ ēt hēat̃. tel/lus æque uniuersa cōtremuit:q̄si noscēs se sustiere cōspicuū pōdus illđ īmēsi nūinis qđ nulla uastitas/nullaq; dimēsio effusissima capit:quo terremotu multas asiæ urbes dirutas orosius tradit.

Ita quoq; Petræ: quibus nihil ē durius assultātes inuicem: et contrario se nixu/ac crepitu colliden tes scissæ sunt: At uelum templi: quod / ut asse/ rūt quidam/ualuas tegebat/aut ut putāt alii: sāc ta sanctorum a reliquo templo diuidebat: scissū ē duas in ptis/a culmine usq; deorsum: ut ea sciſ sura duo testamenta doceret/et ab synagoga na sci figuraret ecclesiam. clamor etiam seraphim subter fornices templi teste Iosepho / nostroque Hieronymo exauditus ē tristis: qui transmigre/ mus his de sedibus dicerent / quod et factū esse animaduersum ē illico: Quid monumenta rese/ rata ? et cætera admiranda quæ minora uideri q/ dem non possunt: q̄ afflictati et exināiti ueri et magni dei signa? Hoc cum ita sit ut pia ad fletū tantope ecclesia/omnisq; natura nos prouocet/si filii: si hæredes nō mouebimur? nō obsequemur? non et paulum electionis et ueritatis toto i orbe magistrum audiemus? hæredes quidem dei/cohæ redes autem christi si tamen cōpatimur ut simul conglorificemur? uel erimus sic truces? sic ferrei? ut præcordia non emolescāt ad commiserationē. et pietatem illius. quem occidentem mondus to tus omniaque elementa luxerunt? aut si nostrū durior aliquis lachrymas dare haud facile potest/

non tamen præstare debebit quæ in ipsius sunt potestate/earum habēdarum desyderium/postu/lationem/fidem/spē/charitatem/quo ab eo id qđ deest resarciat harum uirtutum compendio.quorum alterum si non utrunq; ut ex nobis quisque dare iam possit: Ad seriem passionis iam prouehamur/non a capite illo dierum multorum ante parasceuē/ut pleriq; solent incipientes et notissima singula enarrantes.sed neq; per horas canonicas illam partientes quemadmodum languentissimus et ad crucem semper assiduus Bernardus intexuit/sed nos per ea potius loca uos deducendos putauimus:in quibus afflictus ludificatus et passus est dominus et sane quam lucide carptimq; fieri ea tanta res poterit. Locū primū itaq; patres diuina gratia duce ineamus qui hortus ē ille:quo post cœnam primo azimorum die cum discipulis actam : post corporis et sanguinis sui sacramentum:quo tanq̄ bellariis insignibus:quæ clauderent cœnam conuiuificauit accūbentes.post dilutos eorum pedes.post deniq; habitum de charitate sancta sermonem noctu se in tempesta proripuit.Erat.n.hic hortus in uico ad montis olíueti radices patria língua dicto getse/ Hortus.

mani trans torrẽtem cedron ut Ioannis euange
lium prodit:hoc est trans ualem cedriferam:quã
torrens interluit a copia/amœnitateque cedrorũ/
cedron uulgo nuncupatus:in quem locum di/
uertere oratum/inambulatumque Iesus non ra
ro solebat. Hic paululum cum substitisset mox
quantum iactus lapis conterminat secessit a reli/
quis:Petrum autem:Ioãnem et Iacobum:quos
primos habebat:secum esse proxime iussit. Tũ
manibus atque oculis intentis in cælum/ter his
uerbis orauit altissime:Pater si fieri potest tran/
seat a me calix iste:non tamen sicut ego uolo
humana ex infirmitate: Sed sicut tu diuina
pietate sanxisti. Ad quem a patre eum confor/
tans delapsus est angelus(Michaelem aliqui pu/
tant)qui q̃quam eũ consolaturus animaturusq;
descendit/tantus eius tamen animam comprexit
horror/et eorum quæ immanissima passurus e/
rat:mentem præcordiaque concussit/ut ĩ agonia
factus/toto e corpore sanguinis guttæ pro sudo/
re defluxerint/qui secundus post circuncisionẽ
nostra pro salute fuit sanguis effusus. Quam tã
tam acerbitatẽ a sæculis accidisse ulli:neque nos
legisse unquam neque audisse:ne quidem uidis

se meminimus. Sed qui rimantur rem istam sub tilius triplicem causam inducunt: quarum po/ tissima ꝙ quemadmodum futurus erat primæ glorie martyr/ et quam sequerentur cæteri for/ ma. conctos ita superaret in pœna. Quoniam quoqꝫ in eo uno capite Christo cumulanda erat contritio ea omnis/ quæ ab saluādis legitime sin gulis suscipienda merito erat: si se nouissent ho/ mines post Adæ peccatum: consequi uideretur/ ut qui omnium pondus sustineret: omnibꝰ æque grauius pateretur: Tertiam deniqꝫ causam fuis/ se prodiere: quia id quod ē humanum in Chri/ sto ipsa in passione dimissum sit prorsus naturæ passibili/ nullo uel dei uel hominum adiuncto suffragio/ quale martyribus: quippe qui pœnas: et illatas omnifarias neces non modo sine gemi tu: uerum ouantes excipiebant gaudio superan/ te tormenta. et inuicta uirtute nequitiam. Sed ī tam magno opere perficiundo decuisse uitæ re/ demptorem humanæ sic integre pati ne optimo cuipiam et fidelissimo menti se titubatio ingere ret tacita/ ac formidolosa unquam de ueritate as sumptæ humanitatis a uerbo: sed neque futuris hæreticis relinqueretur: unde cauillari de mera ī/ dubiaqꝫ humanitate domini facile possent. His

Causæ su/ doris.

quarta quoq; adiungitur ratio/ut phisica/ sic cõ
pertissima/qa eius pura delicataq; complexio in
sensu altius dolentiam admitteret : q̄ rigidiores
cæteræ/ac uiliores: quæ clementius tolerant: Tũ
eo i horto captus a turba ad Annã i urbẽ iudicã
dus ducitur:atq; raptatur. Qui secundus est pas
sionis execrabilis locus. Erat autẽ Annas iste Cai
phæ socer/et ambo magni in hyerusalem uiri ꝑ
annum alternis uicibus pontificatum agentes /
quæ dignitas / tum caiphæ contigerat(Pontifi/
catus enim fastigium quod perpetuum diutissi/
me fuerat/ annuum per id temporis ambiciosa
procuratione/astuque/et romanis insuper pro/
pter hoc data pecunia ad hos duos concesserat)
At uero ad Annam inprimis quũ eo anno non
esset antistes:tractum fuisse dominũ his de cau
sis creditum est:tum ꝙ illius ædes primo introi/
tu urbis patebant ducentibus/timereturq; ne lõ
giore progressu tumultus excitaretur in populo
quando popularibus ꝓpter patrata miracula/ad
mirabilẽq; doctrinam Iesus dominus uenerabilis
erat/ tũ ꝙ Caiphas ita forte iussisset/ut cũ Anna
associatus in scelere illum facilius atque commo
dius damnatum daret in mortem . Nam illud
timidi / atque insani commentati fuerant

inter se antea. Quid facimus? qa hic homo mul ta signa facit si dimittimus eum uenient romani et tollent locum nostrum et gentem. Timeba/ tur prædictio quoque illa magni Iacob: qui moriens Iudam filium: a quo iudæi sunt nomi nati: admonuit non auferendum sceptrum ab eis nec de femore ducem / donec appareret qui mittendus erat expectatio gentium. uersabatur et animo illud Danielis augurium / cum uene/ rit sanctus sanctorum abolebitur unctio uestra / inde detractare sermonibus eius / atque præcep/ tis / et insidias ei prætendere manifestis ambitio/ nis et odii conati sunt signis / statuto igitur ante se rege et domino Christo / et falsis aduersus eum conclamantibus testibus / dolose Annas illū de discipulis interrogat / quasi illos abduxisset a lege / et præstigiatos sequi se cogeret / de doctrina quoque sciscitatur / si forte calumniam / aut falsam hæresim aliquam capitalem possit obiicere / Ie/ sus uero de discipulis ab eo transfugis uerbum reddendum nō putauit. de doctrina autem quo niam æterna / atque sanctissima: testes citat audi tores paratus in tam clara ueritate etiam inimi corum subire iudicium / docui in templo inqui ens et in synagoga iudæorum / et in occulto locu

tus ſum nihil īterroga eos: q̄ me audierūt. cui re
pente ex miniſtris infandiſſimus unus/ ſic reſpon
des pontifici clamans/ ſuper faciem alapam ſtrin
xit/ ſed nihil turbatus yeſus ſi male locutus ſum
inquit teſtimoniū perhibe de malo: ſi bene quid
me cedis? Inde tādem opprobriis affectus et im/
Ad Caiphā. pia manu pulſatus ad Caipham pontificem tra
hitur/ quo cum uenerant principes ſacerdotum/
ſcribæq́; / et ſeniores cum omni concilio/ queren/
tes falſum teſtimonium/ quoniā uerum non in/
ueniebant: inter quos tandem duo falſi teſtes di
xere/ Ipſi eum audiuimus gloriantem/ poſſum de
ſtruere templū dei hoc et poſt triduū aliud non
manufactum ædificare: ad hoc uero yeſu tacen/
te/ ſurrexit a catedra pontifex/ inq; medium fu
rore delatus clamauit/ nihil reſpondes ad ea: quæ
iſti aduerſum te teſtificātur? Magis uero adhuc
eo tacente/ adiuro te Caiphas per deum inquit/
ut dicas nobis ſi tu es xp̄s filius dei uiui ac bene/
dicti/ Cui dominus p̱p̱ reuerentiam inuocati ut
arbitror dei tu dixiſti quia ego ſum inquit. tum
ille ſcindens ueſtimenta et hiatu magno uocife/
rans/ quid adhuc egemus teſtibus ait/ unde a fu/
rentibus omnibus conclamatum ē ſtatim: reus ē

mortis quid eum ſuſtinemus? Interea loci annu ente pontifice qui circunſtabant illudebant ei / alii in faciem conſpuentes / oculos alii uelantes. colaphis alii eum cedentes / alii alapas in faciem extendentes / alii arundinibus caput contunden / tes / et prophetiza qui te percuſſit blacterantes / nec tantis adhuc malis ſaciati / quoniam illis ro manorum ordinatione iudicium ſanguinis ex / ercere non licebat / ſummo ſurgente diluculo ad Punctium qui pro romano imperio ciuitati præſidebat in crucem agendum ducunt / Sed p̄ / torium intrante nemine ne comunione gentili / um paſca uiolarent / exiuit ad eos foras pilatus / et in quo hominem culparent interrogauit / cui illi alta uoce dixerunt / hunc præter reliqua facinora Lubricum populum ſubuertentem inuenimus / tributa quoque cæſari pendi negantem: Item qđ eſt grauius / ſe iudæorum regem ſtatuentem: ſci / ens uero pontius ꝙ eum per inuidiam atque odi um tradidiſſent: et quia gentilis erat lugduni na tus: ꝙ ſubdole iudæorum leges auerteret nihil omnino curauit: ſic de tributo mentiri accuſato res deprehenderat / memor interrogatum domi num an cæſari tributum dari liceret dixiſſe palā

Ad Pilatū

Triplex ac cuſatio.

reddite quæ sũt cæsaris cæsari/et quæ sũt dei deo Tertia criminatio pluris ei stetit ꝙ e re sua nõ ab esset suspicari/cauereq; de regno:unde an se re/gẽ iudeorum dicat propẽsius interrogat/cui post multa/a te metipso hoccine quæris o præses an alii dixerunt tibi de me dominus retulit. Quo respondẽte nõ quid ego iudæus sum?gens tua tradidit te mihi/qd fecisti ?Tum uero dominus re/gnũ meum non ẽ de hoc mũdo.ueni uero ĩ mũdum ut testimoniũ ꝑhibeam ueritati. Sed dum ista quæruntur perosi moram sceuissimæ tãq̃ bestiæ frendentes et rabiem despumantes pontifi/ces clamare non desinebant/ut mortis sententiã ferret de eo.Quãobrem exiuit iterum foras ad concionem/et se capitale nihil inuenire in homine contestans/bono quiescere pontifices animo iubet/se rei consulturũ opportune pollicet̃: ad/dens/est autem consuetudo unum dimitti uobis in pascate/placeat iesum castigatione emendatũ exulaturũq; dimitti.Ad quod conclamatum ab omnibus ẽ tole tole Iesum hũc et crucifige et Barabam nobis dimitte:O scelus.o feritas.o tota ĩ natura prodigium: deus genitus deo: et totius humani generis dominus qui ad saluandos om/nes uenit in terras/ut damnetur in mortem et ꝑ

eo uobis donetur latro turpiſſimus efflagitatis ſupplicatis ardetis debaccantes iudæi: Quem pa tres ueſtri patriarcæ/uenturum coluere/quē pro/ phetæ diuino ore præcecinere/bos aſinusq; ad ꝑ ſepe cognouere/uos latroni poſtponitis/abſolui tis peſſimum ut perdatis optimum/liberatis man cipium ut interimatis dominum: o furor: o rabi/ es/o ambitioſa cupiditas: quæ ne amittat dignita tem humanam/diuinam temptat perimere ma/ ieſtatem: Nō deſinentibus uobis acclamare/ne/ ca hunc infandum/qui a gallilea uſq; huc gentē omnem ac locum ſeduxit et polluit. Pilatus cū nolet imeritū ullo mō damnare/audita gallilea/ an eſſet gallileus quæſiuit: quo comperto lætiſſi mus/ad herodem tetrarcham gallileis imperātē: qui ad ſolemne iudæorum cōuenerat Ieſum trāſ miſſit qua de re tanto herodes affectus ē gaudio ut uehementes inimicitias quas cum pilato an/ tea geſſerat/repente poſuerit/inque gratiam am bo redierint: Erat enim tetrarcha auidus uidēdi Chriſti/et multorum explorādorum ob ea: quæ de illo admirabilia ferebantur/memor æque q̄to metu et ſollicitudine pater/eum paruulū ſit mo litus occidere: ſed cum herodes ad ea quæ curio/ ſius quærebat niſi ſilētium impetraſſet: illum ar/

Ad hero/dem mittetur.

Ad Pilatū

bitratus insanum illusit/et sago indutum uilissi mo ad Pilatum reducendum iterum dedit: qui denuo cum omnia tentaret unde seruare inno/xium posset: intereaq; a iudeis clamor ut neca/ret eum/extolleretur/subuolarētq; ad cælum cri minationes in eum. Christum in īteriori ꝑtorio colūnæ uictum toto flagellari corpore et spinea corona redimiri iussit: quē a pedis planta ad uer ticem usque attritum plagis/et in orbem caput spinis pertusum/et sputis faciem cruoreque ma dentem iterum ex ædictiore concionatorio inspi ciendum populo protulit: quanta potuit uoce ecce homo exclamans: quem ita lacerum/et ad mortem proxime castigatum pellemus finibus: ut reftagari patriis legibus/et infestare synago/gam non possit amplius. Abite iam tuti/animis que quiescite liberis. Sed contra reclamantibus illis nihil ē horū nefario isti cōdignū. crucifige. crucifige. Regem uestrum crucifigam Pilatus respondit: cui mox illi minaciter Regem Præses nisi Cæsarem agnoscimus. Omnis: qui se regem facit: contradicit Cæsari. His uerbis exterritus/ue ritusque ne infensus Cæsari fieret Pontius/ac/cepta aqua manus mœstissimus lauit innocens i quiens ego sum a sanguine iusti huius. uos uide

ritis. At illi perniciem exicialissimam/et tanto sce
lere dignam sibi ipsis imprecati: quam dum sta/
bit orbis nunquam defuturam passuri sunt: San
guis eius super nos sit/ac filios nostros reclama/
uerunt. Vnde irrito conatu uidens se laborare
Pilatus: sedit pro tribunali / et sententiam dam
nationis tulit i Christum. quam hebræis/latinis/
et græcis ita inscriptam litteris Iesus Nazarenus
Rex iudæorum summa cruce iussit affigi. Qui/
bus rebus ita peractis Centurio protinus / et ple
rique romanæ militiæ atque custodiæ in equis/ar
misque fuere. Prolata uexilla romani Imperii: đ
præclangentibus tubis/ ouantibusque iudæis ad
cælum sustollitur clamor. et ducitur (proh stu/
por) ad mortem qui est omnium uita: et duos in
ter latrones: qui deus ē uerus/uirginis partu ædi/
tus mundo producitur medius per plenam undi
que uiam. Aderant horrendo spectaculo matres
non paucæ tenentes filios/et largiter comploran
tes: ꝙ: qui pauloante cum palmis et oliuis popu
loque uestimenta sternente fuerat in urbem cō
uectus: ac spectabili habitus pompa concinen
tibus pueris Osana filio Dauid benedictus qui
uenit in nomine domini. qui idem et mor/
tuos suscitauerat. sanitates præstiterat.

et inaudita alia ſigna patrauerat: truderetur tã diram/et probroſam in mortem .quaſ retrouer/ſus dominus/et ſuã quaſi pœnam interoblitus (O miſeratio.o pietas)affatus eſt ita filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me:ſed flete ſuper uos/et ſuper filios ueſtros:quoniam uenient dies:in q/bus dicent beatæ ſteriles:quæ non genuerunt /et ubera quæ non lactauerunt:et montibus cadite ſuper nos/et collibꝫ operite nos. Quæ omnia eo tramite ſucceſſum habuere. Nam emenſis duo/bus et .xl. poſt annis:quibus ad compũctionem: et pœnitentiam expectata eorum feritas ẽ:ueluti iudaici ſceleris ultores Veſpaſiãus et Titus a Nerone deſtinati contra iudeos:innumeram prope multitudinem in Hieroſolimorum urbe impetu primo clauſerunt:quæ aceruatim undiqꝫ ad diẽ feſtum conuenerat:adeo ut anguſtia/ p̃ſura\ fa/meqꝫ non minus: q̃ oppugnatione tabeſcerent. Expugnata tandem urbs a Tito /et templum in cenſũ\ac dirutum:et quaqꝫ mœnia ſolo æquata fuere:utqꝫ dux populi Ioſephus:cui capto parcitum ẽ:quoniam mortuo Nerone romanum im/perium Veſpaſiano auguratus eſſet : prodit:qđ dicere horroris ẽ undecies centena milia iudæo/rum gladio et inedia ꝑiere.reliqui uero diuerſis\

et miſeris acti conditionibus ceu folia arida a fa
cie turbinis diſperſi toto orbe et exinaniti fuere:
ſuntque adhuc obtriti quoquo ſe uertunt/et ua
gi. Sed proſequentes rem noſtram: dum inter la
troneſ ita duceretur/perueniſſetq; ad triuium ex
diuerſo mater ſanctis ſuſtentata ſororibus/et iis
fœminis quæ domino deuotiſſimæ ex gallilea eũ
fuerant proſecutæ: obuiam facta ẽ filio: ubi mu/
tuo aſpectu ceciderunt ambo uelut in mortem.
Quo et in loco nũc etiam ſacellum dicatum uir
gini extat eius rei monumentum: quod ab iis: q
Hieroſolimam nauigant: inter cætera: quæ religi
oſe coluntur: uiſendum ſtudioſiſſime queritur.
Hic iam certe: ſi poſſumus oculorum compotes
eſſe: ſi retinere uiſcera/aut quidem uitam: cogite
mus parumper uiri ſacri/ciueſq; deuoti : cogite/
mus Mariæ animam gladio Simeonis tranſfixã
interius. exterius autem cadaueris inſtar uultum
pallentem/lumina oraq; in ſpeciem mortis euer
ſa. et totius deniq; compagem corporis diuini/
tatis teatrum laxatam /ac ſine ſenſu/ pulſuq; ia/
centẽ. Sanctarũ comitũ eiulatus. manuũ colliſio
nes. alias uirginem annitenteſ attollere. alias fa/
ciem rorantes. alias cor leniter perfricantes. alias
in mortis ſudoribus dominũ inſpectantes: et con

citatum pugnis | uiq; raptatum complorantes. Alias in ſacerdotes neciſque miniſtros ſummur/murantes. Hieruſalem dira ac ſcelerata ut tuum deum fœde et immaniter habes? ut ſurda de eo prophetas non audis? ut miracula cæca nõ inſpicis? ut auara cor induras ambicioſum / et inhumanum? incandes rabie? infremis dentibus? furiis dementaris ? odio debaccaris? Ita agis in deum ? ita deſæuis in iuſtum? Ita diſcerpis ad te miſſum redemptorem mũdi Chriſtum? Ita doctorem ueritatis exculcas foras / atque exibilas? Cur non flagella te faciant? Cur ſertum: quo eum coronaſti non te compungit? Cur facies ſputis illita. alapis liuida. cruore fœdata. barbam euulſa. non te ad miſerandum inflectit feris immanior / æreque durior? Reſipiſce pertinax \ atq; conuertere abſcidenda a dei regno / mortiq; dedenda? Interim pendẽtem piis earum ceruicibus: quæ ſecum erant: mulierum: ſæpeq; lapſantẽ uirginẽ magis q̃dẽ geſtarunt: q̃ deduxerũt ad caluarie locum: quo ad interitũ uſq; laxatus filius Ieſus proceſſerat. Mox ibi crux in ſublime ſuſtollitur: in qua nudatus / et manibus / ac pedibus terebratis ſuffixus ſpectabilis omnium oculis omnium dominus inter latrones medius patuit: qua offenſa exterminio

que concussa tellus contremuit. Saxa scissa sunt. atram in noctẽ uersa est hora sexta diei: et cætera indolentis mundi/ exhorrẽtisq; naturæ prodigia quæ ante tetigimus : toto uisa et exaudita sunt orbe: quibus signis et latro: qui pẽdebat ad de/xteram se conuertens/illico beatus euasit: et centurio uere filius dei erat iste clamauit. Et ut lu/cas tradit omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et uidebant quæ fiebant/ꝑcutientes pectora sua reuersi sunt. Subter crucẽ uero non suis tam profecta pedibus: q̃ alienis lacertis conuecta una cum Ioãne discipulo stabat Mater moribunda: modo prolabens/modo se erigens: et Magdalena fidissima complexa stipi/tem/cruoremq; perlambens: quarum dolores/uocesque miserandas preterire uestra cum uenia patres necesse est modis omnibus mihi ita me cor/mens/et anhelitus deserit. Recenseri uobis magis si libet: patiamini sermones: quos ĩ cruce septies dominus dignatus est fari: quibus nõ parua mysteria ac documenta colliguntur. Ab uenia mi/serationeque inimicorum orsus/te precor o genitor inquit ignosce illis: quia nesciunt cæci quid faciant: quæ oratio nos edocet/O soribus/et ma/lefactoribus indulgẽdum facile esse: quæ uirtus

prima iter hoĩes ẽ:et decãtat heroica ꝙ nos ip/
sos supãtes efficimur deo uere simillimi.Sed et tã
ta ea ĩ oratiõe uis fuit:ut iudæorũ gẽs plurima cõ
mota ad pœnitẽtiã fuerit:salutẽq; ꝑcepit. Deíde
in latronẽ a dextris pẽdẽtẽ intẽdẽs/seq; ei cõmit/
tentem.Amen dico tibi quia mecum hodie eris
in paradiso benigne promisit:præse euidentissi/
me ferẽs pro peccatoribus mortem opportere:ne
que tam infandum scelus ullum:quod non puri
ficet / abstergatq; confessio.Subinde in matrem
et quem diligebat discipulum deflectens ut pote
rat oculos/sic eos est allocutus.Mulier ecce filius
tuus:et tu Ioãnes Mater en tua:diuino quo pla
ne documẽto filios in parentes institui/et erudi/
ri ad pietatem facillime possent : haberentq; qđ
imitari non esset inglorium. Quartum præterea
cõstat sitio uerbũ fuisse.ideo dictũ ꝙ humanam
redemptionem atque salutem se ardere monstra
ret.uel quod ex siccato inter tormẽta palato hu
mane sitiret:qđ audiẽs ĩfandus / et spurcissimus
uerbero spõgiã mersã aceto et illitã felle ꝑ arũdi/
nẽ cõtinuo porrexit ad labra:qđ ideo factũ reor
eo ut iudæi signo uerũ xp̃m aliq̃do possẽt agno
scere:đ quo euidẽtissime suis carminibꝰ ꝓpheta
ꝑdixerat; dederunt in escã meã fel.et ĩ siti mea

potauerunt me acceto. de quo et uaticinata Sy/
billa. Ad cibum autē fel/et ad sitim acetum dede
runt inhospitatis hanc monstrabunt mensam.
Quinto uero loco tanta acerbitate pœnarum: q̄
tam uel maiorem uel longiorem nemo pertulit
unquam: attritus ualentissima tamen hunc i mo
dum itonuit uoce Eloi Eloi: Lamazabatani: qd̄
nostra interp̄tatū ē lingua Deus deus meus qua
re me dereliq̄sti. q sermo non fuit ꝙ esset a diui
na unione disiunctus: quæ indiuidua ei cum deo
erat/eritq; semper: Sed ꝙ diuino omni suffragio
desertus esset/et passibili omnino naturæ dimissa
uideret̄ humanitas. dimissa inq̄ iisdem illis ratio
nibus: quas si meministis ante tetigimus. In ma
nus tuas domine cōmēdo spiritum meum sexto
orasse legitur dominus edocens non desperatio
ne cōpulsus: sed asperitate dolorū afflictatus: se
derelictum a deo i extremis clamasse: quod si ita
non esset: non protinus patri deo spiritum com
mendaret: de cuius misericordia desperasset: Siq
dem quod omnino desperat petit id nemo. De/
niq; uiribus omnibus ita laxatis/ exhaustaq; om
ni ex parte iam uita/ut teneri in corpore anima
ultra neq̄ret clamās iterū ualide cōsumatum ē in
q̄t: qd̄ ideo ut diceret cōsequēs fuit: ut quemadı

modum in creandis rebus sex dies dicitur opera
tus: molitusque omnia fuisse et septimo quieuis
se die: q eo ipo consumata: et ad summũ pducta
esset tota natura: sic in patibulo redimens gentes
uniuersas septimo oris sui uerbo cõsumata atq
pfecta: quæ prædicta de eo erant: enunciauit: et
fœdus æternæ reconciliationis et pacis ictum cũ
deo sacrosancto intercedente sanguine suo palã
effecit: qui quinq manuũ: pedum laterisq fonti
bus exundans nos proluit: ac emundauit. Quo
beneficio tanto Iesu domine tibi amaras hodie
reddimus lachrymas: contundimus pectora. Cru
cem adoramus: et gratias cum his decãtamus di/
gnationi et misericordiæ tuæ. et ueniam flagitã/
tes: tibi obedientiam. cultum ac seruitutem polli
cemur. Tu nos sub alas: quas extẽdis in sublimi
properantes collige. collectos defende. defensos
tandem: et p te cælestis Ciuitatis municipatu di
gnos effectos sæculis sine fine mansuris tua tecũ
in gloria habe: cuius rei gratia pius animã et be
neficentissimus ipse dedisti.

L A V S D E O.

Impressum Bononiæ per Platonem
de Benedictis de Bononia
Anno salutis Milesimo
quadringētesimo
et nonagesi/
moqnto
tertio Idus nouem
bris

REGISTRVM.
A B Ambo sunt Terni.

